

~~IX 18~~

EX BIBLIOTH.


NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

VI-159

SIGNAT. CLVCCCXIII.





372
CONFESSIO
PAUCIS ARTICVLIS

COMPLECTENS SVMMAM DO-
*ctrinae de vera presentia Corporis &
Sanguinis Christi in Cæ-
na dominica:*

EX QVA PERSPICVE

apparet, quid in vtracq; Academia, Lipsica
& VVitebergensi, & in cæteris Ecclesijs
ac Scholis Illustris: Principi Electori Sa-
xoniae subiectis, haectenus publicè traditum,
receptum, creditum ac confessionibus ali-
quot antehac editis comprobatum fuerit.
Qui item & quales errores Sacramentarij à
Doctoribus illarum haectenus taxati atq;
improbati sint, atq; adhuc taxen-
tur & improbentur.

EXHIBITA ET COMPRO-
*bata in proxima Synodo Torgensi, & ex
germanica in latinam lin-
guam translata*

Ad mandatum Illustrissimè Principis
Electoris edita atque excusa,
Vitebergæ,

TYPIS CRATONIANIS,

Anno 1574.

COMITATUS

PAVUS ALIQUIS

COMITATUS

COMITATUS

COMITATUS

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE

EX OVA PARAPICVE



PRÆFATIO AD
PIVM ET CANDI-
DVM LECTOREM.



CIVNT HAVD
dubiè atque intelligunt
omnes pij, iusto Dei iu-
dicio ac permissu longo
iam tempore non in
Germania solùm tur-
basse & horribili collisione passim con-
cussisse Ecclesias, Scholas, & Acade-
mias laudabiliter ac piè constitutas, &
florentes, furores ac delyria Sacramen-
taria, sed & occupasse illa tandem alia
quoq; Europæ regna, ac prouincias lau-
datissimas, atq; in his & damna dedisse
innumerabilia, & dolorem pijs menti-
bus attulisse, atq; etiánum afferre in-
enarrabilem: Nam quæ & quàm hor-
ribiles pœnæ, virus illud ac delyrium
fanaticum, ijs in locis, in quæ id perua-

A 2 sit ac

P R A E F A T I O

fit ac penetravit, è vestigio vel subsequente, vel in continenti id comitatae sint, proh dolor in conspectu est omnium, ac luce prope meridiana manifestius.

In Germania verò nostra, quae & ipsa ad poenas iamdudum commeritas, nimium nunc matura videtur, praeter ac contra piorum cum magistratum, tum doctorum in Ecclesijs, praemonitiones, prohibitiones, obtestationes denique ac contradictiones quam plurimas, eò res redacta est, ut in permultas & Ecclesias, & Ducatus ac Comitatus, virus illud, ceu contagium & lues aliqua publica inuolârit, & optima quaeque ingenia ita corripuerit, ut tanquam fascino & veneficio quodam immedicabili dementata atque incantata videantur.

Sacramentarios sane totis id viribus, & quibus possent artibus ac machinationibus operam dedisse constat, ut

VIRUS

AD LECTOREM.

Virus illud, quod animis ac pectoribus illorum semel insedit, quam latissime spargerent ac propagarent, suæq; factioni autoritatem, quantam possent maximam conciliarent. Ac verissimè de illis etiámmum dici hodie potest, quod Psalmus 36. inquit: Verba oris eorum iniquitas ac dolus sunt, nolunt intelligere vt benè agant, Iniquitatem meditantur in cubilibus suis, astiterunt in via non bona, maliciam autem non oderunt.

Etsi vero in regionibus & Ecclesijs hisce Saxonis & Misnicis, opera, studio ac vigilantia indefessa Illustrissimi atq; inclyti Principis ac Domini, Domini AVGVSTI, Saxoniae Ducis & Electoris, Domini nostri clementissimi, ad hunc vsq; diem hoc præstitum fuit atq; effectum, vt ne in publicam decæna Domini doctrinam, in Ecclesijs, Scholis atq; Academijs his nostris deli-

P R A E F A T I O

ria Sacramentaria propalam inueherentur, aut sparsa à quoquam priuatim aut publicè, impunè defenderentur, Qua de re testimonium exceptione omni maius, Celsitudini Principis nostri clemētissimi perhibent, tot de religioni habiti tractatus, & piæ Synodorum ac colloquiorum conuocationes, confessiones item, & repetitiones, cum priuatim tum publicè, excelsitati illius oblatae atq; exhibitæ, Decreta deniq; & mandata hac ipsa de re publicè ab ipsius Excelsitate illustrissima proposita, vt de sumtibus taceamus, qui in hæc negocia impendendi fuerunt non exigui. His ergo tam multis & illustribus testimonijs publicis excelsitatem illius illustrissimam omnibus bonis ac pijs mentibus excusata esse confidimus. Omnino enim cum de illustrissima eius Celsitudine, tum de Regia & pijsima eius coniuge, hoc certissimum

AD LECTOREM.

tissimum est, sæpissime illos perspicue testatos esse voce & ore proprio, se in suis regionibus, Ecclesijs, Scholis & Academijs, imo in proprijs suis cordibus, de hoc articulo, quemadmodum & de cæteris doctrinæ ac religionis Christianæ partibus, quoad viuerent, doctrinam, fidem, atq; opiniones vllas admissores, passuros, aut patrocinio suo illustrid efensuros non esse, quàm vnicam illam doctrinæ formam, quæ à maioribus illorū inclytis, ab illustrissimis scilicet & generosissimis Principibus, Dominis ac Ducibus Electorib. Saxoniae, in his regionibus iam olim recepta, ac propagata, & immenso Dei beneficio Anno 1530. Augustæ coram Imperatore CAROLO, & vniuersis imperij ordinibus publica confessione asserta atque exposita fuisset. Quam ipsam postea quoq; miseratione ac bonitate diuina

A 4 ine.

P R A E F A T I O

inenarrabili, Illustrissimus & inclytus
Princeps HENRICVS Saxoniae dux,
pater celsitudinis suae clementissimus, et
agnouisset, & confessione publica ac
luculenta amplexus fuisset atq; asseru-
isset, & celsitudini suae, sicut & fratri
Principi optimo & inclyto MAVRIC-
CIO Saxoniae duci & Electori, ceu haereditariam reliquisset, ac commendasset
quam diligentissimè: De qua ipsa quoq;
mox initio suae gubernationis ordinibus
ac proceribus harum regionum vniuer-
sis subditis suis charissimis, fidem ac
dexteram suam illustrem, Celsitudo
sua interposuisset ac promisisset, datu-
rum se operam, vt, quoad Celsitudo sua
gubernationem in his regionibus tene-
ret, & in summo hoc fastigio collocata
esset, confessionis & doctrinae illius pu-
ritatem, Deo eam clementer regente ac
iuuante, constanter tueretur, conserva-
ret ac propagaret. Cumq;

AD LECTOREM.

Cumq̄ non ita dudum causæ nonnullæ grauiſſimæ necessitatem Celsitudi-
ni suæ attulissent ineuitabilẽ, vt de hoc
ipſo articulo concipi, scribi, ac in publi-
cum edi curaret, repetitionem breuem
ac simplicem doctrinæ de Cæna Domi-
ni, Quod quidem factum est ante trien-
nium, cum ad repetitionis illius delibe-
rationem, Theologi vtriusq̄ Academia,
trium Consistoriorum, & cæteri Eccle-
ſiarum in his regionibus Antistites, In-
spectores ac Superattendentes, de Cel-
situdinis suæ mandato Dresdæ conue-
nissent: Ab eo ergo tempore Celsitudi-
nem suam, quæ in repetitione illa breui
ac simplici haud grauatim acquieuiſſet,
ac illam quoq̄ non obscure inſtytis qui-
busdam Regibus ac Principibus alijs
probari intellexisset, spem concepisse
optimam, atq̄ indubiam, fore deinceps
in Ecclesijs ac Scholis harum regionum

A 5 de hoc

P R A E F A T I O

de hoc articulo tranquilla & integra omnia, nec commissurum ex doctoribus ac eruditis quenquam, ut de hac doctrina parte tam perspicue exposita atq; attestata, vlla vllius vel certaminis, vel dissensionis, multo vero minus vllius, quod inde existere aut praemetui posset periculi, vlla praerberetur vel minima, etiam occasio ac suspicio.

Ac nos quidem Theologi, qui deliberationi de repetitione illa edita interfuimus, ac nostra illam subscriptione approbauimus ac roborauimus, coram Deo & Ecclesia tota sancte & testamur & affirmamus, nos quoq; in spem tum eandem ac fiduciam, nobis penè indubiam, erectos fuisse: Quin hoc etiam testamur nos in vera ac pia simplicitate coniuncta cum studio tuendae & concordiis internos, & publicae totius Ecclesiae concordiae, formulam repetitionis nobis propositam,

AD LECTOREM.

sitam, tum approbasse ac subscripsisse, sed addita tamen hac diserta & perspicua testificatione & declaratione, sic nos formulam illam intelligere & approbare, quatenus brevis, perspicua ac simplex summa esset eorum, quæ ultra annos continuos 40. aut 50. de hoc articulo in harum regionum Ecclesijs iuxta normam verbi Dei, confessionem Augustanam, Articulos Smalcaldicos & LUTHERI ac PHILIPPI scripta publicè fuissent tradita, recepta, approbata, & ad nos vsq; propagata.

Et quidem sub finem repetitionis illius Dresdensis, illa ipsa clausula totidè penè verbis adiecta fuit ac expressa disertè, vt instar protestationis esset, ex qua liquidò intelligi ac cerni posset, Repetitionem illam nequaquam eo consilio aut fine scriptam, aut approbatam à nobis esse, vt Sacramentorū hostibus, seu publicè

P R A E F A T I O

publicè notis, seu clam vsspiam adhuc latitantibus gratificaremur, aut ad causam illorum probandam aut propagandam adiumentum illis vllum ostenderemus, nedum præberemus, Deniq; nullo modo id nos spectasse aut quæsiuisse, de quo nos & Ecclesias has nostras, inquieti aliquot homines, ἀσπυδοὶ ac iurati harum regionum hostes, publicè, atroci & maledico verborum atq; iniuriarum horribilium latratu, accusarunt ac traduxerunt. Voluimus verò & hoc intelligi, plane præter spem & expectationem nostram omnem id accidere, quod Sacramentarios nonnullos eò & audacie & impudentiæ iam tandem processisse animaduertimus, vt non erubescant affirmare & persuadere alijs, omnia illa, quæ in repetitione nostra Dresdensi complexi essemus, à se quoq; eodem modo & ratione de cœna Domini tradi ac doce-

AD LECTOREM.

doceri, ac proinde summum nostræ & ipsorum doctrinæ ac confessionis cōsensum esse. Scimus enim & publicè notum esse toti terrarum orbi non dubitamus, fuisse & esse illos, annos amplius 50. publicos Ecclesiarum nostrarum aduersarios, Et quidem ob hunc ipsum de cœna Domini articulum Augustæ Anno 1530. facta ab Ecclesijs nostris secessione, seiunxisse se ab hac cum doctrina, tum confessione & societate nostra omni, eoq; causam hæctenus solos & vnos præbuisse schismati illi horribili, quod ab illa secessione extitit, ac tot iam annos duravit. Nec in hunc vsq; diem deliria illos sua erronea & impia agnoscere, aut reuocare voluisse, petita venia à Deo & tota Ecclesia, manifestius est, quàm vt dubitare quisquam possit.

Hæc vero omnia etsi certissima sint, DEO tamē iustam iram suam aduersus
hor.

P R A E F A T I O

horrendam mundi ingratitude[m] & securitatem, nullis nec monitis nec comminationibus emendabilem, ostendente: Accidit præter spem atq[ue] expectationem bonorum omnium, ut Sacramentarij, paucis quibusdam & priuatis hominibus callidissime rem totam procurantibus, in aliquorum apud nos Theologorum animos clanculum quodammodo irreperent, ac quæ sita consensione cum his tacita ac summi periculi plena, eò illos permouerët, ut paulatim Sacramentarij delirij semina ac contagia, sub alio, splendidissime tamẽ ornato, vel potius mirifice fucato, prætextu, spargere, excusare, ac propagare quàm latissime inciperent: In quem sanè finem omnis generis libelli, venenorum ac præstigiarum pleni, partim manu scripti, partim typis excusi, in has regiones à Sacramentarijs illis clancularijs intrusi, & imperiata illa

AD LECTOREM.

tae iuuentuti vna cum opinionibus Sacramentarijs obtrusi & comendati sunt, verborum ac prestigiatarum ornatu, ac fucō tam mirifice instituto ac conquistato, vt periculum ac molitiones illae insidiosae, pene vel à nemine, vel paucissimis saltem atq; oculatissimis perspici, aut accusari publicè possent.

Cum autem post tractatus, admonitiones atq; exhortationes quam plurimas Principi Electori, Domino nostro clementissimo, tandem insidia illae & machinationes astutae innotuissent, & à summis principibus, cognatis, necessarijs atq; amicis Celsitudinis suae, non minima illarum imposturarum pars significata, Imo diuinitus tandem, & casu minime prouiso, detecta ac patefacta esset, ita vt ex proprijs & plurimis quidem illorum literis ac scriptis, quae in manus Excelsitatis suae peruenerunt,
Celsitu-

P R A E F A T I O

Celsitudo sua non sine acerbissimo animi illustris dolore cognosceret, consilia illa clandestina primo omnium, & mox sub initia harum imposturarum ad hunc finem & scopum directa esse, ut doctrinam, fidem ac confessionem Domini Doctoris LUTHERI sanctae memoriae, atque adeo id uniuersum, quod annos continuos quinquaginta in his regionibus Ecclesys ac scholis, de coena Domini publicè ac communiter receptum ac creditum fuerat, atque habitum pro indubitato, paulatim ex animis, cordibus & manibus auditorum euellerent atque eruerent, Ac e contra semina contagij Sacramentarij, quantis possent viribus & artibus nemine attendente propagarent: Ab his itaque inijs & praestigijs clandestinis, iterum illustrissimo principi Electori, Domino nostro clementissimo, allata est necessitas ineuitabilis, ut re comunicata cum

AD LECTOREM.

cata cum præcipuis regionum suarum
proceribus, & nonnullis adhibitis The-
ologis, conscribi curaret paucos quosdã
& perspicuos articulos, qui declaratio-
nis instar essent, & adfirmatiuè primũ
ac luculenter ostenderent, quid non so-
lum de sententia repetitionis Dresden-
sis proximæ, sed & iuxta ipsum Dei
verbum, scripta item LUTHERI ac
PHILIPPI, & alias publicarum con-
fessionum formulas, hæctenus in his
Ecclesijs ac Scholis, de cœna Domini
creditum ac traditum publicè fuisset.
Qui item negatiuè testarentur, quos
præcipuè errores Sacramentarios spar-
sos iam olim ac defensos à primis sectæ
illius Ducibus, & à recentibus illorum
successoribus multò propagatos latius,
Ecclesiæ ac Scholæ confessionem Augu-
stanam amplectentes, taxassent, impro-
bassent ac reiecissent: Atq; hos Artic-
B los,

P R A E F A T I O

los Celsitudo sua, primum proceribus totius prouinciæ, postea Theologis quoque ad eam causam delectis ac conuocatis, exhiberi voluit, vt formula esset certa & non ambigua, quæ reliquis de re tanta vel palàm dissentientibus, vel in suspicionem adductis Theologis, proponeretur, & discrimen illustre & non dubium inter Ecclesiarum nostrarum doctrinam, & inter Sacramentariorum deliria erronea constitueret.

In hunc ergo ac non in alium vllum finem articuli hi nostri primùm scripti ac collecti, atq; his occasionibus nati quodammodo, ac in lucē prolati sunt, Quod vt initio publicè commemoremus, plurimis ac grauissimis causis cogimur.

Etsi verò in conspectu nobis est ceterum Ecclesiarum nostrarum terribilis, qui ab hac tam improuisa atq; inexpectata nonnullorum à sententia nostra
dissensione

AD LECTOREM.

dissensione metuendus, atq; expectan-
dus est publicè. Et quidem ne initium
sit maioris cum distractionis tum con-
cussionis in posterum, valde aliqui ve-
rentur, & nosmetipsi intelligimus, quã-
tam hæc dissensiones nostræ domesticæ
letitiam ac voluptatem, communibus
nostris aduersarijs allaturæ sint, Quo-
rum permulti haud dubiè & in posterũ
accusare nos nec desinent nec erubescēt,
quasi à nobis ipsis hoc tantum scandalũ
extiterit, Ac nimia nostra in re tanta
cunctatione, lenitate ac patientia, auda-
ciam atq; improbitatem Sacramentario-
rum armauerimus, & n̄ uos non obscu-
ros eorum, qui addicti his esse cuperent,
scientes dissimulauerimus, ac proinde
nos vnà cum ipsis culpæ in re tanta latæ
reos esse clamabunt.

Quin hoc quoq; intelligimus non de-
fore, qui Ecclesias nostras comparatus

P R A E F A T I O

sint in posterum imagini tristissimæ,
qua Isaias cap. 9. sui populi Ecclesiam
pingit, ac proponit, inquiens: Vnusquisque
carnem brachij sui deuorat, Manasses
Ephraim, & Ephraim Manassen,
& simul ipsi contra Iudam &c. Verum
hæc vtut sint, in spem tamen optimam
atq; indubitatam erigimur, freti fiducia
cum conscientia, tum voluntatis re-
ctæ, & tranquillitatis publicæ studiosis-
simæ, fore econtra, vt dextera Domini
hæc omnia quamuis & dictu & cogita-
tu horrenda, vel in momento commutet,
& non solum auertat, sed & in commo-
dum atq; emolumentum Ecclesie sue
maximum conuertat. Quod ipsum &
Isaias loco iam allegato monet, inquiens:
In omnibus his adhuc manus Domini
extenta est, potens videlicet non tantum
ad puniendum horribilem mundi cum
impietatem, tum ingratitude. Sed
& po=

AD LECTOREM.

Et potens ad sanandam Ecclesiam miserè iam sauciam, laceram & distractā, eamq; ex malis & scandalis omnibus gloriosè tandem liberandam.

De pijs autem ac bonis mentibus, quæ & pacis & veritatis cupidae ac studiosæ sunt, spem hanc ac fiduciam indubitam concepimus, fore ut ex articulis his nostris ipsi quoq; liquidò ac luculenter perspiciant atq; intelligant, Minime nos deliriorum ac furorum Sacramentariorum reos peragi aut accusari posse, Ac minime omnium *καὶ ἄλλων* his esse, nihil denique novi ac peregrini in medium adferre, neq; quidquam asserere, quod in certamine hoc infelici ac diuturno non sit auditum & disputando assertum iam olim, sed hoc vnum operâ dedisse, ut optima quàm possemus fide, & quidem quàm breuissimè, & ex Lutheri monumentis, & toto doctrinæ cor-

P R A E F A T I O

pore ea exciperemus, quæ de summa
causæ iam dudum Ecclesiæ nostræ sen-
sissent, ac pro certis, veris, firmis &
dexterrimè explicatis, habuissent ac
credidissent, Atq; eò hæc omnia direxi-
mus, vt doctrinæ apud nos publicæ, &
delyriorum, quæ ferunt ac propugnant
Sacramentarij, discrimen illustre &
perspicuum ostenderemus, ac pias men-
tes de his nostro quoq; loco præmonere-
mus.

Rogamus itaq; atq; obtestamur pro
eo ac nos decet, pios lectores omnes,
summos & infimos, quibus articuli hi
nostri aliquando offerentur, vt si quam
opinionem sinistram, aut paulò saltem
iniquiorem de nobis & Ecclesijs nostris
deq; optimo Principe nostro conceperūt,
inducti vel aduersariorum ac hostium
nostrorum communium clamoribus ac
præiudicijs, vel etiã calumnijs ac depra-
uatio

AD LECTOREM.

uationibus Sacramentariorū, vel deniq;
callida illa ac clandestina nobisq; mini-
me prouisa aut expectata ad Sacramē-
tarias opiniones inclinatione eorū, quos
nobis sperauimus fore coniunctissimos.
Nunc cōmonefacti, ac de re tota certius
edocti, benignius de nobis iudicent, &
atrocitati præiudiciorum ac suspicionū
præcōceptorum opponant nō grauatim,
eam quam nunc edimus declarationem,
ita scriptam à nobis, atq; ea factam per-
spicuitate, & candore pio, vt speremus
bonis illam omnibus abundè esse satis-
facturam. Et quidem disertè rogamus,
vt sicuti articuli nostri candidissimo pe-
ctore scripti sunt, & quidem rectè scri-
pti, ita ipsi eos legant animis candidis,
nulla vel præiudiciorum vel suspicionū
præconceptarum vertigine turbati ac
præoccupati. Ac meminerint, minime
ad has difficilimas disputationes affe-

B 4 rendam

P R A E F A T I O

rendam esse non necessariorum quaestio-
 onum ac subtilitatum curiositatem, aut
 nimiam in singulis censendis ac perqui-
 rendis non ἀκριβείαν, sed φιλονεικίαν, de
 qua prouerbio dicitur: τὸ λίαν ἀκριβὲς
 ἄδικον. Denique rogamus, ut de nobis, de quo
 optimo Principe nostro hoc certo sibi
 persuadeant, nos, Deo clementer nos
 adiuvante, non commissuros unquam,
 ut deliramenta Sacramentaria assenti-
 ēdo probemus, aut illorum nos societate
 καὶ κοινωνίᾳ quomodocumque suspectos red-
 damus, idque tantisper facturi per Dei gra-
 tiam sumus, quam diu illorum delira-
 mentorum auctores, duces ac defenso-
 res, ferendis opinionibus ac dogmatibus
 erroneis, calumnijs item ac deprauatio-
 nibus verborum & Veritatis Christi,
 pertinaciter indulgebunt, sequētes ἀσπόνδους
 atque implacabiles et impœnitentes harum
 Ecclesiarum hostes atque oppugnatores
 esse,

AD LECTOREM.

esse, ac perseuerare velle, ostendent.

Cum vero non sine ingenti dolore cognouerimus, Sacramentarios, & alios multos, qui consensionem cum ipsis, nobis vel inscijs, vel planè non consentientibus cupidè quæsuerunt, aut etiánum querere satagunt, fucum facere imperitis, ac perniciosas pijs mentibus insidias struere, obtentu ac prætextu corporis doctrinæ ab Ecclesijs nostris recepti atq; approbati, nec non aliorum Domini Philippi Melanthonis scriptorum, cuius viri libros vt præclarum ac præciosum depositum hætenus habuimus, ac dignos iudicauimus, atq; etiánum, prout coram Deo debemus, iudicamus, qui ingentis thesauri instar piè in his Ecclesijs conseruentur, ac ad posteritatem quoq; propagentur. Econtra vero ex literis nonnullis priuatis atque clandestinis, illos ipsos hoc agere pera-

B 5 spexe-

P R A E F A T I O

spexerimus, ut iisdem artibus ac dolis
insidiosis, scripta & confessiones Lu-
theri, atq; adeo perpetuam harum Ec-
clesiarum sententiam, doctis & indo-
ctis ex manibus excuterent, ac quantum
in ipsis esset, plane vel opprimerent vel
extinguerent. Idcirco nos quoq; testa-
mur, nos neq; Sacramentarijs, publicis
harum Ecclesiarum hostibus, neq; cate-
ris impostoribus, aut occultis illorum di-
scipulis, ea in parte unquam consensisse,
aut etiá unquam consentire posse: Sed
potius plane decreuisse (Deo clementer
nos adiuuante ac gubernante) hoc ope-
ram dare, ut ne hos summos viros, LV-
THERVM & MELANTHONEM
& scripta illorum utilissima ac summè
necessaria, distrabi, disiungi, aut eripi
nobis patiamur. Sed sicut in vita sua vs-
que ad extremum vtriusq; halitum con-
iunctissimi inter se fuerunt, ac plane
coniun-

AD LECTOREM.

coniunctis consilijs & operis, Dei opus,
& curriculum vtriusq; à Deo iniunctum,
ac vocatione legitima commendatum, nō
feliciter solum, sed fideliter quoq; ac
constanter, in Ecclesia domo Dei, vrse-
runt atq; absoluerunt: Ita scripta eorum,
& horum sententias natiuas, rectè in-
tellectas, coniungemus, ac coniunctas,
non aliter atq; oracula verorum postre-
mi temporis Prophetarum Eliae & Eli-
sæ, grati conseruare, & ad omnem vsq;
posteritatem propagare studebimus.

Ac quam non potuimus nec debui-
mus impostoribus ac Spiritibus fanati-
cis alijs, qui hætenus has Ecclesias a-
trociter sanè atq; indefinenter, sed præ-
ter illarum culpam ac commerita, alla-
trarunt, permittere, aut concedere, vt
Corpus doctrinæ in odium ac suspicio-
nem horribilem adductum, inuisum no-
bis vel alijs redderent, aut ex manibus

&

P R A E F A T I O

¶ mentibus penitus excuterent, tamen non permittemus, vt Lutheri scripta ¶ libros vtilissimos quisquam nobis eripiat, aut vlli eos scriptori huius temporis postponere cogat. Minimè omnium vero patiemur, vt in suspicionem falsitatis aut impietatis quisquam eos vocet, atq; eo nomine vel nobis vel alijs suspectos aut minus charos reddat.

Itaq; quoties ad Corpus doctrinae nostrae prouocare nos, ¶ velut appellare, pij audient, rogamus ne quis persuaderi sibi patiatur, quasi illa seu testificatione seu prouocatione, libros LUTHERI Corpori doctrinae postponere, aut plane illos reijcere cupiamus, Sed hoc potius certò atq; indubitanter sibi persuadeat vnusquisq; deq; nobis certo statuat non contestari nos, neq; intelligi velle tali seu prouocatione seu appellatione nostra, vllam aliam doctrinae vocem, quam eam solam,

AD LECTOREM.

solā, quæ immēsa Dei bonitate opera & voce D. D. LVTHERI restituta est ac repurgata in his Ecclesijs. Sed hanc ipsam contestationem nostram hac etiam vltiore declaratione atq; exceptione roboratam ac munitam volumus, solum nos verbum Dei pro immota atque æterna veritate, pro forma item ac norma, seu vt Paulus loquitur, pro hypotyposi verborum sanorum habere, credere ac venerari, Ea q; de causa, & LVTHERI & MELANTHONIS scripta, sicuti & nostra vniuersa, illi vni reuerenter subijcere.

Nam & didicimus & intelligimus Dei beneficio, solius Dei verbum veritatem esse, in qua, & per quam sanctificari electos ac sanctos omnes oportet: Nec vlla scripta aut libros vllius hominis, quantacunq; sane donorum excellentia emineat, verbo Dei equiparari aut ante-

P R A E F A T I O

anteferri posse vel debere, Solius enim
Dei verbum, vt Psalmus 19. inquit:
Lex est immaculata, recreans animas,
Solius Domini testimonium fidele est,
Sapientiam praestans paruulis, Manda-
ta Domini recta, letificantia cor. Ti-
mor Domini purus, permanens in secu-
lum seculi. Iudicia Domini vera, iustifi-
cata simul. Desiderabilia super aurum
& super obryzum multum, & dulciora
super mel & fauum.

Postremò hortamur & obtestamur
pium lectorem, vt ne aliter quàm decet
de illo quoq; facto nostro iudicet, Quod
in negatiuæ sententiæ recitatione alicu-
bi personarum nonnullarum mentio-
nem fecimus. Neg enim id eo vel consi-
lio vel fine factum est, vt quenquam il-
lorum quorum nomina allegata sunt,
quasi prouocaremus, & sparsis noua-
rum litium seminibus, noua Ecclesijs
nostris

AD LECTOREM.

nostris aut nobis ipsis certamina attraheremus. Sed cum necessitas nobis & Ecclesijs nostris allata esset, ut perspicuum discrimen doctrinae Ecclesiarum nostrarum & delyramentorum Sacramentariorum ostenderemus, & lectori monstraremus fundamenta commentitia, quibus causam illi suam haecenus superstruxerunt, & de quibus Ecclesijs nostris aduersus ipsos pugnandum haecenus fuit, atque etiamnum nobis pugnandum est, Libros nos atq; autores certos allegare ac nominare oportuit, ut omnes, qui nostra haec lecturi essent, imprimis vero imperiti ac rudes perspicerent, delyramenta illa à nobis non conficta, aut falso illis tributa esse.

Voluimus & hoc conspici, satis nobis iustas, graues, ac sufficientes causas ad negatiuae huius commemorationem praebitas fuisse, infinitate propemodum
libello-

P R A E F A T I O

libellorum fanaticorū, qui magnis agminibus passim è castris Sacramentarijs emissi, nostris quoque Ecclesijs ac Scholis obruti sunt. Itaq; piæ mentes, quæ & veritatem & pacem vero studio quærunt, amant & expetunt, commonefactione hac nostra præmoneri se intelligant, vt notatos à nobis errores ac deliramenta Sacramentaria agnoscere, ac nominatim libros & autores à nobis allegatos, hoc tristi & delyro mundi tempore vitare ac fugere discant. Nam vt venena à quibusuis impunè aut sine periculo tractari non possunt: Ita libri veneno deliramentorum fanaticorum perfusi ac repleti, non sine periculo ab imperitis leguntur.

Dabunt verò econtrà piæ mentes ac præcipuè patresfamilias operam, vt eruditissimos LUTHERI, sanctæ memoriæ, de cœna Domini libellos, Quorum
rum

AD LECTOREM,

rum præcipuos vno rursus libro non magno, complexi sumus, & in publicum iam edidimus, habeant quàm commendatissimos, & hos quanta possunt diligentia, & assiduitate legant, voluant ac reuoluant, nequè à manibus hos deponant prius, quàm totius controuersie momenta penitus perspexerint, atquè animo complexi sint. Id si piè fecerint, satis habebunt aduersus hæc delyramèta & venena Sacramentaria præsidij, satis & doctrinæ & consolationis, qua in his se scandalis singuli erigant, librorum illorum lectio suppedietabit.

Quod ergo superest, precamur toto pectore & gemitibus ardentissimis, vt æternus, viuus & omnipotens Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi, qui lucem verbi sui, & verum cum intellectu tum vsum Sacramentorum, per electa organa sua

LVTHERVM &
C PHIA

P R A E F A T I O

PHILIPPVM immensa bonitate, hoc extremo & delyro mundi tempore accendit ac repurgavit, clementer nostri misereatur. Et non secundum peccata nostra, & tetram erga hoc summum bonum ingritudinẽ faciat nobis, Nec accēdat totam aduersus nos iram suam. Sed misericordiae suae in ira iusta recordatus, Lucem nobis haectenus tributam ac concessam, posteris quoq; nostris clementer tribuat, & vsq; ad gloriosum & letissimum diem reditus filij Dei Domini nostri Iesu Christi, lucere perpetuo sinat: Ac sicuti per Paulum, Apostolum gentium, Testamentum Domini nobis quoq; qui gentium pars non minima aliquando fuimus, cum hac expressa mentione consolationis summae & dulcissimae commendari voluit, Fore vt coena Domini seruetur vsq; ad diem nouissimum, quo ad iudicium Christus

stus

AD LECTOREM.

stus rediturus est. Id enim verba Apo-
stoli volunt, cum inquit: Mortem Do-
mini annunciabitis donec veniat: Quo
ipso significatum est & hoc, Fore ut
& vera Dei Ecclesia sit ac conseruetur
omnibus ijs in locis & congregationi-
bus, in quibus memoria beneficiorum
Christi publicè exaudiretur, & verus
ac legitimus testamenti Domini cum
intellectus tum vsus luceret ac conspice-
retur. Id ergo ut significauit per Apo-
stolum, ita precamur toto pectore, ut &
inter nos hoc Testamentum suum, ac ve-
rum illius intellectum & vsum, clemen-
ter seruet incorruptum, & sordes Sa-
cramentarias huic summo thesauro
aspersas ab hominibus fanaticis, suo spi-
ritu potenter abstergat ac deleat. Accen-
dat quoq; ac regat pectora nostra sua
luce, ut magnitudinem bonitatis & mi-
sericordiae, quam in hoc testamento suo

P R A E F A T I O

ſpectandam propoſuit, verè agnoſca-
mus, & perpetuo in hac vita, & poſtea
in omni aeternitate veris & aeternis lau-
dibus celebremus. Regat ac protegat
illuſtriſſimos & clementiſſimos Prin-
cipes noſtros, depellat pericula & odia,
quibus expoſiti ſunt, & contumelia af-
fectos propter nomen ipſius aeterna or-
net ac cumulet gloria. Roboret deniq̃,
conſoletur, ac confirmet eos aduerſus
terrores hac ipſa de cauſa ipſis propoſi-
tos, ac potenti dextera ſua eos tueatur,
defendat ac liberet. Et faciat clementiſ-
ſime, vt & ipſi & nos aeternae Eccleſiae
ipſius vera & viua membra ſimus &
maneamus.

Ab mane nobiſcum Domine Ieſu
Chriſte, fili Dei viui, quoniam adueſpe-
raſcit. Sanctifica & conſerua nos in
verbo ac veritate tua. Sermo tuus Do-
mine veritas eſt. Reſpice in testamen-
tum

AD LECTOREM.

tum tuum, quia repleta est terra tenebris, & habitacula tua violentia: Ne reuertantur oppressi cū confusione, pauper & inops laudabunt nomen tuum. Exurge Deus, iudica causam tuam, memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die: Ne obliuiscaris vocis inimicorum tuorum. Tumultus insurgentium contra te inualescit semper, Amen.

THEOLOGITORGÆ

congregati.

Henricus Salmuth D. Pastor Ecclesie Lipsensis.

Paulus Crellius Theologiae Doctor subscripsit.

Caspar Eberhart Doctor, Pastor Ecclesie Christi in vrbe Mysena subscripsit.

VVolfgangus Harderus D. Pastor Ecclesie Lipsensis subscripsit.

C 3

Mar

C O N F E S S I O D E

Martinus Mirus D. Concionator
Aulicus subscripsit.

Adamus Rotherus D. Superin-
tendens Ecclesiarum in Episco-
patu Mersburgensi.

Georgius Langevoith D. Pastor
& Superintendens Ecclesiae
Chemnicensis.

Daniel Greferus Pastor & Super-
attendens Dresdensis.

Caspar Heyderich Pastor & Su-
perattendens Torgensis, ma-
nu propria subscripsit.

Nicolaus Jagenteuffel Pastor & Su-
perintendens Annæmontanus
subscripsit.

Iohannes Cornicælius Pastor &
Superintendens Ecclesiae Ha-
nensis, manu propria subscri-
psit.

Samuel Jauchius Pastor & Super-
intendens Ecclesiae Freibergen-
sis

C O N A D O M I N I.

sis manu propria subscripsit,

Δεῶ δόξα.

Franciscus Straus Pastor & Super
perintendens Ecclesiæ Saltzen
sis in Turingia, manu propria
subscripsit.

M. Petrus Glafer Concionator
Ecclesiæ Dresdensis propria
manu subscripsit.

M. Georgius Lyftenius Churfürst.
Sechsischer Hoffprediger propria
manu subscripsit.

INTERROGA TORIA.

I.

An Domini Theologi pijs in
hac Synodo pastoribus & docto-
ribus in articulis litera A notatis,
continentibus breuem summam
doctrinæ de cœna Domini, deq̃
vera corporis & sanguinis Christi

C 4 in hac

C O N F E S S I O D E

in hac præsentia, in fundamento, vere & ex animo consentiant. Et an firmiter statuant, repeti in his veram & nativam verbi Dei, & confessionis Augustanæ sententiã, Ita vt sint hi articuli repetitiõnis Dresdæ nuper à præcipuis harum regionum Pastoribus approbatæ, pia & propria declaratio. Et an iuxta hanc formam in posterum de cœna Domini credere, docere ac prædicare velint.

I I.

An similiter consignatos à nobis errores Sacramentarios litera B notatos, quos & veteres & recentiores Sacramentarij infinitis libris ac scriptis disseminarunt, & pertinacissimè summaq; animorum contentione adhuc vrgent, asserunt ac propugnant, nobiscum seriò & ex animo iudicent improbandos

C O E N A D O M I N I .

bandos reiſciendos ac damnandos
eſſe , vt verè errores horrendos
ac ſummè pernicioſos , & à verita-
te verbi Dei alieniſſimos.

III.

An doctrinam, quam D. Lu-
therus piæ & ſanctæ memorię ad-
uerſus Sacramentarios, quoad vi-
xit conſtanter aſſeruit ac defendit,
& vnà cum Luthero & poſt felici-
cem illius ex hac vita migrationē
multi alij piſ harum regionum &
Eccleſiarum doctores, ſimili con-
ſtantia retinuerunt, & publicis cū
confefſionibus tum concionibus
annos amplius quinquaginta per-
petuo ſonuerunt ac profeſſi ſunt,
& aduerſus Sacramentarios vete-
res ac recentes aſſeruerunt, iudi-
cent verè orthodoxam vnicam &
æternam Dei veritatem eſſe, Et
an ſeriò hanc approbent, credant

C 5

& am

C O N F E S S I O D E

& amplectantur. Cuius quidem doctrinae summa, partim in Lutheri scriptis, ac nominatim in his libris, 1. In parte altera libri aduersus Prophetas coelestes &c. 2. In libro cui titulus est, Hæc verba Christi, Hoc est corpus meum, adhuc immota & fixa stare, &c. 3. In confessione de coena Domini maiore. 4. In confessione eiusdem breui seu minore &c. partim vero in Corpore doctrine, & in confessione Dresdæ Anno 61. Illustrissimo Principi Electori exhibita, Et deniq; in libello D. D. Pauli Eberri de coena Domini edito, perspicue compræhensa atq; exposita est.

IIII.

An Exegetin recentem, multis nominibus infamem, vere & ex animo iudicent librum esse plane Sæ

C O E N A D O M I N I .

nè Sacramentarium , Qui ex
professo & Christi verba, & præ-
dictum harum Ecclesiarum in hac
doctrinæ parte consensum ac sen-
tentiam perpetuam oppugnet , Et
ex diametro vtriusq; repugnet, &
an hunc ex animo improbent ac
reñciant, illisq; delyramentis fana-
ticæ sectæ Sacramentariæ dein-
ceps nobiscum contradicere decre-
uerint.

*His Interrogatorijs Torgæ propria
manu subscripserunt primum Theo-
logieò conuocati.*

Georgius Maior Doctor.

Henricus Salmuth D.

Paulus Crellius D.

Casparus Eberhard D.

V V olfgangus Harder D.

Martinus Mirus D.

Adamus Rotherus D.

Georgius Langevoith D.

Daniel

C O N F E S S I O D E

Daniel Greyfer

Nicolaus Jagenteuffel M.

Iohannes Cornicælius M.

Casparus Heyderich M.

Samuelllauchius M.

Franciscus Straus M.

Georgius Listenius M.

Petrus Glafer.

*Item Theologi postea Torgam
euocati.*

Andreas Freyhub D.

Zacharias Schilter D.

Petrus Prætorius D.

Iacobus Strasburgus M.

Laurentius Mathesius M.

Georgius VVezelius M.

Iohannes Kundius M.

Osvvaldus Gottvvald.

Dauid Fleischman.

Item Lipsiæ subscripserunt.

Caspar Cruciger D.

Henicrus Moller D.

Chri

C O E N A D O M I N I .

Christophorus Pezelius D.

Fridericus VVidebramus D.

Item Pirnae.

Iohannes Stoffelius D.

In Electoratu Saxoniae.

D. Iohannes Bugenhagen Profes-
sor & Concionator in templo
arcis VVitebergensis.

M. Bernhardus Apitius Diaco-
nus Ecclesiae VVitebergensis.

M. Laurentius Starck eiusdem
Ecclesiae Diaconus.

M. Andreas Sunder eiusdem Ec-
clesiae Diaconus.

M. Simon Siderus eiusdem Eccle-
siae Diaconus.

M. Matthæus Blochinger Præ-
positus & Superattendens
Kembergensis.

M. Paulus Schvyabe Præpositus
in Cloden.

M. Ios

CONFESSIO DE

M. Ioachimus Engelhard Præpo
situs in Schlieben.

M. Iohannes Prætorius Pastor &
Superattendens Hertzbergen.

M. Vvenceslaus Sturmius Pastor
& Superattendens Bitterfeld.

M. Caspar Greiffenhagen Pastor
& Superattendens Ieffensis.

M. Caspar Roth Pastor & Super
attendens in Seida.

M. Christoff Brenner Pastor &
Superattendens Zahnæ.

Vrbanus Kruger Pastor & Su
perattendens Libenvverdēsis.

M. Iohannes Galen Pastor & Su
perattendens in Beltzigk.

M. Laurentius Lehman Pastor
& Superattendens Baruthensis

M. Petrus Plochius Pastor & Su
perattendens Heniochenus.

Gregorius Hanck Pastor & Su
perattendens in Gommern.

M. Io^h

COENA DOMINI.

M. Iohan Rudolph Pastor in
Schvveinnitz.

M. Andreas V Vanckel Pastor
in Chalcide Saxonum.

M. Georgius Colopinus Pastor
in Pretzsch.

M. Zacharias Cranach Pastor in
Prata.

Andreas Bernutz Pastor in Das
brun.

Paulus Iacobus Pastor in Tobin.

Valentinus Komme Pastor in
Strach.

Bartholomeus Marcens Pastor in
Polnsdorff.

*In diœcesi Misnica iisdem interro-
gatorijs subscriperunt.*

D. Iacobus Lechnerus Pastor ad
S. Afram, & Assessor Consi-
storij Misnensis, propria ma-
nu subscripsit.

Hiero

C O N F E S S I O D E

Hieronymus Opicius Pastor & Superattendens Bischoffverdensis, declarationi Torgensi de coena Domini consentit, e contra secus docentes improbat, & simpliciter subscripsit.

M. Bartholomeus Fridel Pastor ac Superattendens Oschatzensis doctrinam de coena Domini Dresdæ ac Torgæ confirmatam, constanter amplectitur ac ideo subscripsit.

David Moller Pastor & Superattendens Leisnicensis, scripta Præceptorum nostrorum de coena Domini approbat.

M. Carolus Schop Pastor & Superattendens Ecclesiæ Coldicensis scripta Præceptorum nostrorum de coena Domini approbat.

M. Martinus Oberndorffer Pastor

COENA DOMINI.

istor in Compascuis approbat.

Iohannes Gregorius VValdheimensis recipit & approbat.

M. Bartholemeus Clamorinus
Concionator Misnensis in hac
acquiescit.

Ego Vrbanus Hantschmannus
Diaconus Eccelsiæ Misenæ re-
cipio & approbo.

Ego Caspar Kummerus Ecclesiæ
Misnensis ad S. Afram Diaconus
recipio veram sententiam
de coena, errores verò reiicio.

Fridericus Pensoldus Illustris Iudi
Misenæ Rector, hisce Interro-
gatorijs secundum affirmatiuã
& negatiuam præmissam sub-
scripsit.

Petrus Thomeus Illustris Iudi Mis-
senæ Professor, totam hanc
doctrinam veram esse profite-
tur & subscripsit Interrogato-

D rijs

C O N F E S S I O D E
rijs hiſce Categorica aſſeueratione ſubſcripſit.

M. Daniel Menius Scholæ Illuſtris Miſenæ profeſſor.

V V o l f f g a n g u s F i g u l u s I n t e r r o g a t o r i j s m a n u p r o p r i a ſ u b ſ c r i p ſ i t .

Ego M. Ioachimus Francus vrbis Miſenæ Iudi Rector hiſ omnibus liberrimum do ſuffragium.

Georgius Theodoricus Cantor Scholæ Senatoriæ Miſnensis, ſcripta reuerendorum Præceptorum noſtrorum de ſacra cœna Domini approbat.

Ego Sigismundus Badehornus Scholæ Senatoriæ Miſnensis Collega, ſcripta Præceptorum noſtrorū approbo & recipio.

Cum hiſ iſſis Interrogatorijs facio & ea approbo Simon Miriſch Miſenus. Ego

C O E' N A D O M I N I.

Ego Christophorus Molitor Dia-
aconus in VValdheim sub-
scripsi.

Sequitur sententia Affirmatiua.

C O N F E S S I O
P A V C I S A R T I C V L I S

*complectens summam doctrinae de vera
praesentia corporis & sanguinis Chri-
sti, in sacrosancta Cæna
Dominica.*

I.

PRincipio testamur, docere, cre-
dere & confiteri nos toto pe-
ctore, doctrinam de vera praesentia
substantialis et veri Corporis ac
sanguinis C H R I S T I in cæna,
quam & nos & alij Augustanae
confessioni piè coniuncti, vnà cum
D. L V T H E R O, D. P H I L I P P O
M E L A N T H O N E, D. P O M E R A N O,
& alijs illorum colle-
gis si-

D 2 gis si-

C O N F E S S I O D E

gis fidelib. docuimus & constanter
tum regni Pōtificij Idolis, tū Sacra-
mentariæ sectæ erroribus, inde vs-
que ab initio repurgatæ doctrinæ
coelestis opposuimus, non super-
extrui posse vlli fundamento alte-
ri, quam firmissimis, perspicuis &
verissimis verbis institutionis Chri-
sti. Quæ Domini verba, vtpote
per se plana, & fundamentū cau-
sæ huius vnicum, intelligimus &
enarramus simplicissimè κατὰ τὸ γή-
τον, hoc est, eo sensu, quem & ver-
borum natura per se gignit, & om-
nes institutæ coenæ circumstantiæ
offerunt & intelligere cogunt. Id-
que ob hanc causam, quod Euan-
gelistas hæc ipsa testamenti domi-
nici verba recitantes, magno stu-
dio operam dedisse videmus, vt
ñsdem penè verbis formam insti-
tutionis exprimerent, nusquam fa-
cta

C O E N A D O M I N I .

Etā mentione vllius seu tropi, seu
sensus & intellectus noui, quem
verba figuratè ac tropicè intellecta
statuere hoc loco cogerent, Quem
fanè consensum & Paulus Apосто-
lus, in tertium vsq; cœlum raptus,
& de semetipso testificans, formā
institutionis ab ipso Domino sibi
traditam esse, & ne verbulo qui-
dem ab Euangelistis dissentiens,
sua quoq; suffragatione ac repeti-
tione comprobatur ac confirmatur. Ac
ne qua declarationi Paulinæ vis in-
feratur, aut natiua verborum illi-
us sententia, ab hostibus veritatis,
seu Papistis, seu Sacramentariis,
fraude corrūpatur aut peruer-
tatur, ipso scilicet dicente: Nonne
panis, quem frangimus, commu-
nicatio est corporis Christi? Item,
Nonne calix cui benedicimus, cō-
municatio est sanguinis Christi?
Affir.

C O N F E S S I O D E

Affirmamus retinere nos illius A-
postolicæ declarationis hunc vni-
cum intellectum, quem verba Do-
mini *κατὰ τὸ ἑστὸν* exposita gignunt.
Ac proinde de ea communicatio-
ne loqui Apostolum statuimus,
quam intelligi vult Christus in In-
stitutione, de exhibito pane inquis-
ens: Accipite, comedite, hoc est
Corpus meum.

Et sicuti Lutherus, sanctæ me-
morix, dictum hoc Apostolicum,
vt cordis sui gaudium & coronam
Sacramentarijs sui temporis oppo-
nit: Ita nos id vsurpamus & reti-
nemus aduersus præstigias omnes
cum veterum, tum recentium Sa-
cramentariorum, qui insidioso
prætextu dicti huius Apostolici
verba Testamenti Domini, con-
fessionem item Ecclesiarum nos-
trarum, & perpetuam Lutheri
sententiam

C O E N A D O M I N I .

sententiam euertere, & in sensum alienissimum pertrahere conantur.

I I .

Affirmamus itaq; planè, toto nos pectore & firmissima fide credere ac statuere, in coena Domini- ca, in qua ipse Dominus noster Ie- sus Christus verè & substantiali- ter, præsens est, dato & accepto pane & vino, verè & substantiali- ter, modo tamen inuisibili ac pla- nè insensibili atq; imperscrutabili distribui, & accipi à vescentibus manducandum, verum & substan- tiale corpus Christi, nostræ salutis causa semel ab ipso assumptum, & in ara crucis pro nobis traditum atq; oblatum: Verum item san- guinem bibendum, qui in remissi- onem peccatorum nostrorum se- mel profusus est, & dari hæc ad

D 4

hunc

C O N F E S S I O D E

hunc seu finem, seu fructum principalem, vt & redemptionis & omnium beneficiorum Christi credentes verè fiant & sint participes, & exhibitione illa testetur filius Dei, verè se nos recipere, & nos, sua membra facere, abluere nos suo sanguine, donare nobis remissionem peccatorum & Spiritum Sanctum: Denique seipsum assidue in nobis habitare, & efficacem esse velle.

III.

Tertio, perspicue coram Deo & tota eius Ecclesia testamur, abhorre nos à prophanis & erroneis opinionibus Sacramentarium veterum & recentium, & serio nos ab ijs dissentire, Vt item multas non necessarias, & periculi plenas disputationes præcidamus, Adfirmamus retinere nos constanter &

C O E N A D O M I N I .

ter & vnanimiter, has loquendi formas, quas de coena Dominica nostræ Ecclesiæ, pio & graui iudicio & consensu approbarunt, verba scilicet institutionis D O M I N I nostri Iesu Christi, formam declarationis Paulinæ, cuius veram & genuinam sententiam Catechesis D. Lutheri, & alij illius libri perspicuè & grauius scripti, multa itè D. Philippi scripta publica discretè exprimunt. Ac de his planè & simpliciter profiteamur ac credimus in illis omnibus & summa cura & grauissimo iudicio conceptis formulis, nequaquam eos loqui, de nudis seu signis seu figuris, absentis & coelo inclusi corporis Christi. Ac proinde eos non de sola spiritali manducatione, communicatione ac cõsociatione cum Chris-

D s sto:

C O N F E S S I O D E

sto: Sed quod verba quæstionum
& responsonum illarum simplici-
ter & perspicuè sonant, de Sacra-
mentali seu corporali oris mandu-
catione & haustu corporis & san-
guinis Christi, intelligi debere.

Lutheri certè Catechesis pers-
picuè inquit: Sacramentum alta-
ris seu Cœnam Dominicam esse
verum corpus & verum sangui-
nem Christi, sub pane & vino no-
bis Christianis ad manducandum
& bibendum ab ipso Christo insti-
tutum. Et sumi corpus & sangui-
nem Domini tam à dignis quàm
indignis, ad cœnam hanc iuxta in-
stitutionem domini accedentibus.

Philippus verò Ordinando-
rum Examine præscripto Ecclesi-
is V Vitebergensi & Megapolen-
sibus, quæstionem hanc proponit:
Quid in hac cœna distribuatur &
accipi

CONFESSIO DE

accipiatur à vescētibus, Ac respon-
det: Distribui & accipi verum
corpus & sanguinem Christi, vt
de vera & perpetua eius in hac
causa sententia planè dubitari non
possit.

IIII.

Hæc verò docentes & asseue-
rantes, nequaquam probamus
portenta opinionum Papistica-
rum de transubstantiatione, quib-
us fingunt, Vi verborum (vt no-
minant) consecrationis, recitatio-
rum super pane & vino, annihilari
substantiam panis & vini, eisque sic
annihilatis succedere corpus &
sanguinem Domini, remanenti-
bus solis externis panis & vini spe-
ciebus. Multò minus fingimus in-
clusionem vllam localem, seu vllã
extra vsum durabilem copulatio-
nem & vnionem corporis & san-
guinis

C O N F E S S I O D E

guinis Christi cum pane & vino,
Sed perspicuè affirmamus, panem,
qui extra institutum vsum distribu-
tionis & sumtionis, in theatricis
& idolatricis pompis Papistarum,
vt in oblatione & eleuatione Mis-
sæ, in inclusione in Ciborium, quæ
fit perpetuæ adorationis causa, in
circumgestatione denicq; & in to-
ta illa pompa Persica, in qua pa-
nis contra institutionem à Papi-
stis circumfertur, minimè adesse
corpus Christi, nec Christum ibi
præsentem esse. Quin potius
us toto pectore prophanatio-
nes illas Idolatricas damnamus &
execramur, Quod & ab initio re-
purgatæ doctrinæ factum est in
his Ecclesijs, & adhuc fit Dei bene-
ficio assiduè & constanter.

Porro nec hoc docemus aut
fingimus (id quod Lutherus quos-
que

C O E N A D O M I N I .

que sanctæ memoriæ monuit) qua
si in coena hac vlla fiat ascensio aut
descensio corporis de coelo, sed
constanter ac firmiter retinemus
vtruncq; fidei articulum: Ascendit
ad coelos, sedet ad dexteram Pa-
tris. Ac ne carnis quidem vbiq;is-
tatem, aut quicquam, quod vel ve-
ritatem corporis Christi tollat, vel
vlli fidei articulo repugnet, prop-
ter præsentiam in coena fingimus
aut probamus. Deniq; de modo
& possibilitate præsentia corporis
& sanguinis Domini planè nihil
disputamus. Nam omnia hæc im-
perscrutabilia, & rationi humanæ,
quantumcunq; sit illius acumen,
inexplicabilia esse, seriò statuimus.
Quare diuinæ omnipotentia hæc
committimus, ac pio fidei obse-
quio, rationem nostram captiuam
tes, τὸ ρητὸν verborum Christi sim-
plicissis

C O N F E S S I O D E
plicissimè sequimur & retinemus,
Accipite, comedite, hoc est corpus
meum: bibite ex hoc omnes, hic est
sanguis noui Testamenti, qui pro
vobis in remissionem peccatorum
effunditur.

V.

Vnionem autem Sacramentali
panem corpus Christi, & vinum
sanguinem Christi esse statuimus,
seriò & sine vlla dubitatione cre-
dentes ac profitentes, in sacra hac
Synaxi, qua iuxta mandatum D O
M I N I conueniunt Ecclesiastici
coetus, institutionem Christi ser-
uaturi, dato & accepto pane & vi-
no, verè præfens esse & verè cor-
poram exhiberi, dari, & ore vescenti-
um accipi, manducari & bibi, ver-
um & substantiale corpus & san-
guinem D O M I N I, & hæc vt
credamus, conuinci & cogi nos fa-
temur

COENA DOMINI.

temur euidentia institutionis Christi, perspicuitate denique & veritate verborum omnipotentis & veracis nostri redemptoris, Quapropter & cum tota orthodoxa Ecclesia veteri coenam DOMINI mysterium esse statuimus prorsus imperscrutabile, de quo cogitantes nihil inuenimus, in quo tutius acquiescere pia mens possit, quam sola illa perspicua & veracissima verba DOMINI instituentis, Quæ ut lucernam habemus pedibus nostris, ac lumen semitis ac vijs nostris. Verbum enim DOMINI, ut Psal. 33. inquit, verax est, & omnia promissa illius fidelia sunt. Neque enim impossibile est apud Deum omne Verbum, Lucae 1. Et quaecumque promittit Deus, potens est & facere, Rom. 4. Potest namque Deus superabundanter facere
supra

C O N E S S I O D E

supra omnia, quæ intelligimus aut
petimus. Ephes. 3. Et iustus est
D O M I N V S in sermonibus suis,
& vincit cum iudicatur. Psalm. 51.
Omnia quæcunq; voluit D O M I
N V S, fecit in cœlo & in terra.
Psal. 135.

V I.

Agnoscamus has regulas, vti
les & certas esse, Sacramenta tan
tum esse Sacramenta in vfu insti
tuto, seu, nihil habere rationem
Sacramenti extra vsum, qui expres
sa Dei voce institutus est. Quia
certum est, nullam necq; in cœlo
necq; in terra creaturam potestatē
habere instituendi Sacramenta aut
mutandi instituta. Et: Verè Chris
tum in hac sua cœna præsentem
esse, non propter panem: sed pro
pter hominem, Et quidem adesse
vi & efficacia verborum instituti
onis,

C O E N A D O M I N I .

tionis, non vt pani includatur, sed
hominis causa , in quo per ver-
bum & Sacramentum efficax
esse , & accendere vult veram
fidem, consolationem & vitam æ-
ternam. Vsum tamen institutum
iuxta declarationem verbi Dei
paulò antè recitatam , & perpetu-
am D. Lutheri, Philippi, omnia
umq; de hac ipsa causa rectè senti-
entium Ecclesiarum sententiam &
confessionem orthodoxam, sæpiss-
simè publicè testatam, intelligimus
de instituta & mandata distributi-
one, sumtione & manducatione,
vtriusq; rei, qua coena Domini-
ca constat, terrena scilicet panis &
vini, & coelesti corporis ac sangui-
nis Christi. Ac perspicuè testamur
hunc à filio D E I institutum
& in oculos incurrentem ritum
sumtionis , discernendum esse
E ab

C O N F E S S I O D E

esse ab altero usu interiori & spiri-
rituali, qui alioqui fructus seu fi-
nis institutæ coenæ nominari solet.
Idcirco eò testamur, ne prætextu vs-
us illius spiritualis & harum vti-
lissimarum regularum, Sacramen-
tarum suum de Sacramento somnia-
um & delyrium occultare ac tege-
re possint. Etsi enim verum est, vs-
um hunc spiritualem seu manduca-
tionem corporis & sanguinis
Christi, quæ fit sola fide, ab insti-
tuto usu externo & visibili man-
dicationis Sacramentalis, qua
etiam corpus & sanguis Christi or-
re accipiuntur, seiungi aut separa-
ri nec posse nec debere. Atque adeo
verum est, sine hac spirituali man-
dicatione, propria tantum verè
credentium, manducationem Sa-
cramentalem non solùm non pro-
desse, sed etiam perniciosam esse
sumens

C O E N A D O M I N I .

fumenti, & adferre reatum & iudicium, vt Paulus testatur: Tamen propriè loquendo aliud est instituta actio externa, hoc est, in oculos incurrens distributio seu exhibitio & sumtio Sacramenti, quam regula vsitata institutum vsum rectè nominat, Et aliud rursus, finis, seu fructus & vsus spiritualis, rerum in hoc Sacramento distributarum & sumtarum, iuxta institutionem. Ac rursus propter calumniosas deprauationes Sacramentariorum disertè nos testari hoc quoque oportet, nequaquam nos propter has ipsas regulas improbare aut abijcere vt falsam & impropriam definitionem coenae Dominicae, traditam in Catechesi Lutheri, in qua dicitur: Coenam D O M I N I esse verum corpus & verum sanguinem Christi, sub pane &

C O N F E S S I O D E

ne & vino nobis ad manducandū
& bibendum ab ipso Christo in-
stitutum. Nequaquam deniq; vel
propter has regulas aut ex his se-
qui, panem & vinum tantum esse
nuda signa, figuras aut Sym-
bola absentis corporis & sangui-
nis Christi, Aut cum dato & acce-
pto pane & vino coram nobis ve-
rè & substantialiter verum corpus
& verum sanguinem Christi non
distribui, dari, aut à vescentibus
accipi.

VII.

Retinemus vero & hanc regu-
lam, eamq; adiunctam prioribus,
in hac causa verissimam & utilissi-
mam esse iudicamus: Institutionē
scilicet Sacramenti huius à Chri-
sto ipso factam, ratam esse & ma-
nere in Ecclesia retinente verbum
Christi, nec tolli eam aut irritam
fieri

COENA DOMINI.

fieri propter indignitatem ministri aut sumentis. Quam regulam vir sanctus D. Lutherus hisce verbis exprimit: Sacramentorum tractationem, administrationem ac sumentionem, quemadmodum & verbi Dei tractationem, praedicationem & auditionem, DOMINVS noster Iesus Christus in suo verbo non hominum dignitate aut indignitate fundatam voluit, vt & de verbo & de Sacramentis certi essemus. Quare cum Paulo Apostolo fatemur, indignis quoque in hac DOMINI coena corpus & sanguinem DOMINI exhiberi, & ab his in instituta distributione verè accipi: sed ad iudicium illorum, Qua hoc tanto bono abutuntur, sine poenitentia & sine fide vera accedentes.

VIII.

E 3

Quare

C O N F E S S I O . D E

Quare perspicuè testamur, duplicem esse manducationem coenæ D O M I N I, vnam spirituales & alteram Sacramentalem. Spirituales manducatio est, cum fide amplectimur in Euangelio oblata beneficia Christi, quæ carne sua, hoc est, sacro sancta incarnatione & tota obedientia sua, traditione scilicet & oblatione corporis, & effusione sanguinis sui, passione denique & morte, & tandem etiam resurrectione sua gloriosa Christus nobis promeruit & acquisiuit, remissionem nempe peccatorum, reconciliationem cum Deo, & imputationem iusticiæ, donationem Spiritus Sancti, spem resurrectionis & vitæ æternæ. Hæc, inquam, filij Dei beneficia & thesauros ingentes, cum fide vera & ardenti accipimus, & nobis ipsis applica-

C O E N A D O M I N I .

plicamus, nosq; ijs in tentationibus & periculis omnibus erigimus & consolamur, Vere spiritualiter carnem Christi manducamus, de quo prolixè concionatur Christus Iohan. cap. 6. Nominatur autem manducatio illa spiritualis, quod sine auxilio & efficacia Spiritus sancti, & sine viua & viuifica fide in verbo acquiescente nunquã fiat, Quodq; sine hac manducatione spirituali externa illa sumtio & manducatio corporis Christi, quæ in Sacramento ore fit, non solùm inutilis: sed magis exitiosa est, vt supra diximus, Ac requiritur hæc spiritualis manducatio in ipsa etiã cœnæ institutiõe, his christi verbis: *Hoc est corpus meum pro vobis traditum: Hic est sanguis noui testamenti, qui pro vobis effunditur in remissionẽ peccatorum.* Item in his verbis: *Hoc*

E 4 facite

C O N F E S S I O D E

facite in mei commemorationem. Nam hæc verba, P R O V O B I S, quod & Lutherus monuit, corda requirunt credentia.

Sed præter hanc spirituales manducationem altera quoque manducatio corporis et sanguinis Christi, quam docendi causa Sacramentalem seu oris manducationem nominamus, de perpetua Lutheri, Pomerani, Eberi, & aliorum cum veterum tum recentium Doctorum orthodoxorum sententia, à nobis retinetur, Hancque fieri dicimus, cum non tantum beneficia Christi per verbum Evangelij nobis oblata, fide accipiuntur, & credenti applicantur: sed cum ipsum verum corpus & verus sanguis D O M I N I nostri Iesu Christi, quæ λύτρον fuerunt & precium nostræ redemptionis, & æternorum
illo

C O E N A D O M I N I.

illorum bonorum acquisitio, in
coena hac & ritu Sacramentali cū
pane & vino nobis offeruntur, ex-
hibentur, & à nobis ore nostro ac-
cipiuntur, in obfignationem, con-
firmationem & conseruationem
fidei, spiritualiter carnem *D O M I N I*
N I manducantis.

I X.

Atque hanc statuimus & credi-
mus veram & natiuam esse sen-
tentiam verborum Christi, quibus
coenam suam instituit, eamq; solā
& vnam in Augustana confefsio-
ne, Apologia eiusdem, & ceteris li-
bris ac scriptis Corpori doctrinae
infertis tradi, Ac proinde aeternā
& immotam verbi Dei veritatem
esse, non dubitamus, quam Illu-
strissimi & pientissimi Principes Ec-
lectores & alij imperij principes &
status anno 1530. Augustae coram
E 5 Impe

C O N F E S S I O D E

Imperatore Carolo totoq̄ Imperio Romano, inter ingentia vitæ ac fortunarum pericula, professi & contestati sunt publicè. Quibus addimus non immeritò quamplurimos pietate, doctrina & donis veræ scientiæ & experientiæ ornatos viros & Doctores, & multa millia sanctorum ac pijsimorum hominum, qui se confessioni illi Augustæ à Principibus exhibitæ piè adiunxerunt, & à Pontificijs Idolis & Sacramentarijs erroribus sese seiungentes, hanc vnam perpetuam sententiam ad hunc vsq̄ diem propugnarunt, eamq̄, Dei beneficio, potentia verbi diuini fortiter asseruerunt & obtinuerunt. Atq̄ hanc ipsam & non aliam affirmamus esse sententiam natiuam aliquot repetitionum, quæ ante paucos annos de hac ipsa re Dresdæ

C O E N A D O M I N I.

dæ à præcipuis harum regionum
Viris & Pastoribus approbatæ, &
consensu omnium Doctorum
corroboratæ & exhibitæ sunt. Qua
propter breuitatis causa ad illas ip-
sas consensionum formas, bona
& sincera conscientia nos referi-
mus.

X.

Ex supradictis omnibus appa-
ret, ad retinendam de hoc articu-
lo piam ac simplicem veritatem,
& ad refutandas omnis generis
opiniones erroneas, minimè no-
bis necesse esse, vt vel ad Ponti-
ficios, vel Sacramentarios, vel a-
lia fanaticorum & hæreticorum
agmina, Eutichianorum scilicet
aut Nestorianorum transeamus,
Confundendo aut separando du-
as in C H R I S T O naturas, Quin
hoc etiã inde constat, posse & Pa-
pistarum

C O N F E S S I O D E

pistarum Idola & prophanatio-
nes iam olim à nostris præcepto-
ribus explosas & damnatas, Nec
non & Sacramentarium furiosa
delyria, in his Ecclesijs ad hunc vs-
que diem improbata, deinceps eti-
am constanter taxari & refutari,
si in sola illa simplicitate pia, vera
verba institutionis Christi retinea-
mus, eaq; furoribus illis vtriusq;
agminis constanter opponamus.
Quapropter & ij, qui propter
hanc piam simplicitatem confessi-
onis, nos & Ecclesias nostras Papi-
stis non modo æquiparant, sed
his etiam deteriores esse, vocife-
rantur, nosq; vt artolatra aut ido-
latras incusant ac damnant, atro-
cem nobis & Ecclesijs nostris &
multis pijs harum doctoribus in-
iuriam faciunt, quæ quantò gra-
uior est & intolerabilior, tantò
gravi-

C O E N A D O M I N I.

graviorem eos aliquando in iudicio Filij Dei rationem illius reddere oportebit. Idola & abominationes tetrae regni Pontificij, ad quorum cogitationem cohorrescere pias mentes necesse est, Dei beneficio iamdudum fulmine verbi divini ac pio studio præceptorum nostrorum constanter veritatem Evangelij propugnantium, prostrata iacent & iacebunt per Dei gratiam vsq; ad Filij Dei reditum nouissimum. Quare vt denuo propter hanc de coena altercationem ac disputationem Sacramentariam, ceu resumantur disputando, et in dubium vocentur, minimè opus est. Sed, vt Pontificia Idola reijcimus, ac damnamus: ita vi veritatis diuinæ conuicti, Sacramentaria quoq; somnia & delyria furiosa reijcimus & damnamus, Cū
vel

C O N F E S S I O D E

vel Sole hoc meridiano clarius & manifestius sit, Sacramentarium Archiduces, Caroloftadium & Cinglium initiò sua somnia, ita crasse proposuisse, vt vel ipsa inscitia vanitatem illorum redargueret ac refutaret. Sed postea ab eruditioribus quæsitæ sunt indies sophismata paulò concinniora & magis astuta, quibus somnium illud prius vtcunq; pingeretur, ac probabile fieret. Quare prorsus statuimus, & veteres & recentes Sacramentarios de summa rei consentire, & vnum commune delirium fanaticum defendere, quod scilicet in Cœna DOMINI non sit neq; exhibeatur vescentibus aliud quidquam, præter panem & vinum; Sed cum Sophismatum illorū infinita sit varietas, & inter ipsos Sacramentarios

menas

COENA DOMINI.

mentarios ceu commune dissidi-
um sit, in fingendis & pingendis
ijs, quas singuli conceperunt, opi-
nionibus, in scripto altero huic ad-
iuncto catalogum breuem maxi-
mè perspicuorum furorum & So-
phismatum instituimus, ex quo
agnosci & iudicari volumus, quæ
propriè sint seu delyria seu furores
Sacramentariorum, quos in Ec-
clesijs nostris hætenus improba-
uimus, & adhuc improban-
dos ac reiiciendos esse
iudicamus.

*Subscripserunt Theologi Tor-
gam euocati.*

Henricus Salmuth D.

Paulus Crellius D. pro se, & re-
uerendo suo Socero D. Do-
ctore Georgio Maiore.

Caspar

C O N F E S S I O D E

Casparus Eberhard D.

V V olfgangus Harder D.

Martinus Mirus D.

Adamus Rotherus D.

Georgius Langevoith D.

Daniel Greyser

Nicolaus Jagenteuffel.

Iohannes Cornicælius.

Casparus Heyderich.

Samuel Iauchius.

Franciscus Straus.

Georgius Listenius.

Petrus Glafer.

Item Torgæ his subscripserunt.

Andreas Freyhub D.

Zacharias Schilter D.

Petrus Prætorius D.

Iacobus Strasburgus M.

Laurentius Mathesius M.

Georgius V V ezelius M.

Osvvaldus Gottvvald Pastor in
Schonfeld.

Iohan=

C O E N A D O M I N I.

Iohannes Kundius Pastor in Diers-
tersbach.

David Fleischman Pastor in Plauen
prope Dresden.

In Electoratu Saxoniae.

D. Iohannes Bugenhagen Profes-
sor & Concionator in templo
arcis VVitebergensis.

M. Bernhardus Apitius Diaco-
nus Ecclesiae VVitebergensis.

M. Laurentius Starck eiusdem
Ecclesiae Diaconus.

M. Andreas Sunder eiusdem Ec-
clesiae Diaconus.

M. Simon Siderus eiusdem Eccle-
siae Diaconus.

M. Matthæus Blochinger Præ-
positus & Superattendens
Kembergensis.

M. Paulus Schwabe Præpositus
in Cloden.

F M. Io.

C O N F E S S I O D E

M. Ioachimus Engelhard Præpo-
situs & Superat: in Schliegen.

M. Iohannes Prætorius Pastor &
Superattendens Hertzbergen.

M. Vvenceslaus Sturmius Pastor
& Superattendens Bitterfeld.

M. Caspar Greiffenhagen Pastor
& Superattendens Iessensis.

M. Caspar Roth Pastor & Super-
attendens in Seida.

M. Christoff Brenner Pastor &
Superattendens Zahnæ.

Vrbanus Kruger Pastor & Su-
perattendens Libenvverdēsis.

M. Iohannes Galen Pastor & Su-
perattendens in Beltzigk.

M. Laurentius Lehman Pastor
& Superattendens Baruthensis

M. Petrus Plochius Pastor & Su-
perattendens Heniochenus.

Gregorius Hanck Pastor & Su-
perattendens in Gommern.

M. Io-

C O E N A D O M I N I.

M. Iohan Rudolph Pastor in
Schvveinnitz.

M. Andreas V Vanckel Pastor
in Chalcide Saxonum.

M. Georgius Colopinus Pastor
in Pretzsch.

M. Zacharias Cranach Pastor in
Prata.

Andreas Bernutz Pastor in Da
brun.

Paulus Iacobus Pastor in Tobin.

Valentinus Komme Pastor in
Strach.

Bartholemeus Marcens Pastor in
Polnsdorff.

Et Lipsiæ subscripserunt.

Caspar Cruciger D.

Henricus Moller D.

Christophorus Pezelius D.

Fridericus V Videbramus D.

Pirnae.

Iohannes Stoffelius D.

F 2

In dio

C O N F E S S I O D E

In diœcesi Misnica.

D. Jacobus Lechnerus Pastor ad
S. Afram, & Assessor Consi-
storij Misnensis, hanc veram
de coena Domini sententiam
sua subscriptione approbat.

Hieronymus Opicius Pastor &
Superatten: Bischoffvverden:
affirmatiuam sententiam de
Coena Domini Torgæ decla-
ram approbat & subscripsit.

M. Bartholemeus Fridel Pastor
et Superattendens Oschatzen-
zensis affirmatiuæ sententiæ
omni asseueratione consentit,
ac ideo se subscripsit.

Has affirmatiuas propositiones e-
go David Moller Pastor &
Superintendens Leisnicensis
veræ Ecclesiæ consensum esse
sentio & credo, & mea manu
testor.

Ego

C O E N A D O M I N I .

Ego M. Martinus Oberndorfer
Pastor Mitvveidensis hanc
sententiam affirmatiuam pro-
bo & recipio.

Ego Iohannes Gregorius Pastor
VValdheimensis hanc senten-
tiam de coena Domini Torgæ
declaratam recipio, approbo,
& docebo.

M. Bartholemeus Clamorinus
Concionator Misnensis, in hac
doctrina acquiescit.

Ego Vrbanus Hantschmannus
hanc de coena Domini senten-
tiam affirmatiuam approbo.

Ego Caspar Kummerus Ecclesiæ
Misnensis ad S. Afram Diaco-
nus, affirmatiuam hanc senten-
tiam de sacrosancta coena reci-
pio.

Fridericus Pensoldus Illustris Iu-
di ad Albim Rector hac sua

F 3

manu

C O N F E S S I O D E

manu profitetur se hanc de
Sacramento coenae Dominicae
sententiam affirmatiuam $\pi\epsilon\rho\iota$ & $\rho\eta$
& institutionis, serio & ex ani-
mo amplecti.

Ego Petrus Thomeus Iudi Illu-
stris Misena Professor, agno-
sco chirographo meo hanc con-
fessionem & affirmatiuam sen-
tentiã de coena Domini, Chri-
sti & verae Ecclesie doctrinam
esse, qua ex animo amplector,
tueor, & pro reuelata ac con-
seruata vera doctrina & luce
veritatis, Deo aeterno, toto pe-
ctore gratias ago.

V V olfgangus Figulus articulis
de coena Dominica manu pro-
pria subscripsit.

Ego M. Daniel Menius Professor
scholae illustris ad Albim, hanc
veram & sanam doctrinam de
coena

C O E N A D O M I N I .

cœna Domini toto corde amplector, id quod propriæ manus subscriptione testatū volo.

Ego M. Ioachimus Francus vrbis Misenæ Ludirector, harū thesium affirmatiuam τῶ τῆς κυριακῆς διατάξεως ἀνευδοιάσῃ ῥήματι consentaneam, & vnanimi orthodoxæ Ecclesiæ consensu approbatam, absq; vlla refragatione recipio & toto pectore amplector, nec ab hac sententia, quam ex prima parentum ac Præceptorum meorum institutione à teneris percepi, vnquam discedam, aut aliam Scholis, Ecclesijsq; proponam. Ac testificandi consensus mei gratia hoc meum chirographum volens sciensq; subiicio.

Ego Georgius Theodoricus Cantor Scholæ Senatoriæ Misnens

F 4 sis hanc

C O N F E S S I O D E

sis hanc adfirmatiuam sententi-
am approbo & recipio.

Ego Sigismundus Badhornus
Scholæ Senatoriæ Collega hanc
adfirmatiuam sententiam ap-
probo & recipio.

Profiteor & asseuero Iesu Christi
corpus verè adesse in cœna Do-
minica, Simon Mirisch Myse-
nus.

Ego Christophorus Molitor Dia-
conus in V V aldheim postu-
latus super hanc affirmatiuam
confessionem affirmo hanc ve-
ram, amplectorq; hanc seriò.

N E G A T I V A.

*Errores præcipui Sacramentario-
rum de Cœna.*

I.

Primus error eorum est, Quòd
panis & vinum non sint aliud
nisi

C O E N A D O M I N I .

nisi nudæ tessaræ seu signa profes-
sionis, Quorum sumptione & vsur-
patione Ecclesiæ ciues inter se inuis-
cem dinoscantur, & de dilectione
& concordia fraterna commone-
fiant.

II.

Secundus error est, Quod Chri-
stus hisce verbis: *Hoc est corpus me-
um*, non panem exhibitum, Sed res-
trò quasi respiciens, corpus suum
in coena discipulis asidens, demõ-
strarit, vt sit sententia, Accipite,
comedite panem, Hoc, quod hic
asidet, est corpus meum, id quod
primum fuit Carolostadij delyri-
um.

III.

Tertius error est, Quod voca-
bulum Est, interpretatur Zvvin-
glius per verbũ significat, in hanc
sententiam, Hoc significat meum
corpus.

F 5

Quar-

ERRORES DE

IIII.

Quartus error est, Quod vocabulum corporis significet tantū signum seu figuram absentis corporis, pro vt Oecolampadius somniabat.

V.

Quintus error est, Quod tota oratio Christi de Pane loquentis, Accipite, comedite, Hoc est corpus meum, in hanc sit sententiam intelligenda, Panis est corpus seu creatura Dei, eoq; & Christi corpus, sicut omnes creaturæ nominantur Dei corpora. Quod delyrium fuit hominis fanatici Campani.

VI.

Sextus error est. Quod oratio Christi hunc in modum sit ordinanda, Accipite, comedite, meum corpus est hoc, scilicet panis seu cibus spiritualis animæ. Relata hoc modo

C O E N A D O M I N I.

modo constructione ad intellectū,
Iuxta Schyvenckeldij furores.

VII.

Septimus error est. Quod Panis & vinum non sint aliud quàm Symbola, Typi seu antitypa, hoc est similitudo, & quædam quasi imago ac pictura corporis & sanguinis Christi, & omnium beneficiorum, quæ traditione corporis & sanguinis sui Christus promeruit & acquisiuit, idç rursus in hanc sententiam. Quod sicut panis & vinum corpora nostra nutriunt, roborant ac conseruant, ita & Christi corpus & sanguis, & beneficia ac merita illius, animarum nostrarum cibus sint, & nutrimentum vnicum spirituale. Quam sententiam Calvinus, Beza, Bullingerus, Martyr, Theologi Heidelbergenses, & alij illorum complices, infini-

ERRORES DE

in finitis in libris sparserunt, & horribilium criminationum vehemētia propugnarunt, & in hunc vsq; diem propugnant, contendentes acerrimē, panem & vinum esse tantum symbola, tessaras, pignora & memorialia absentis, & à nobis abducti, ac in nouissimo demū iudicij die redituri corporis Christi, Nec aliter aut ratione alia nominari panē corpus Christi, quàm qua memoriale nominatur, & esse dicitur id ipsum, cuius memoria animo recolenda est: Atq; hæc est omnium quos modo nominauimus Sacramentariorum sententia.

VIII.

Quod Christus panem & vinum corpus & sanguinem suum, Paulus verò *κοινωνίαν* seu communicationem corporis & sanguinis Christi ideo nominet, vt non solum

C O E N A D O M I N I .

lum doceat, ita nutriri & ali animas nostras crucifixo corpore, & effuso sanguine Christi, tanquam cibo & alimonia animarum nostrarum spirituali in vitam æternam, quemadmodum pane & vino corporalis hæc vita nutritur, fouetur ac conseruatur, Sed multò magis hæc etiam ob causam, quod hisce seu signis seu symbolis & pignoribus, testatum facere vult, Nos tam verè ac certò veri corporis & sanguinis sui efficacia Spiritus sancti participes fieri: quàm verè ac certò hæc sacra symbola ore nostro in memoriam ipsius accipimus, idcò docet Catechesis Heidelbergensis & Apologia illi adiuncta, quæ publicè extat. Exegetica item recens sine nomine autoris edita, in qua occulti Sacramentorum complices propalam sese pro-

ERRORES DE

produnt, & insidioso verborum Domini Philippi prætextu fingunt, ac persuadere imperitis conantur, planè idem esse, cum Philippus inquit, Sumtionem seu mādicationem coenæ huius, in qua verum corpus & verus sanguis Christi distribuitur & accipitur, testimonium esse assiduæ & perpetuæ ipsius præsentiaë & efficacיא in credentibus. Cumq; rursus Sacramentarij dicunt, Solius ac nudi panis & vini, non veri & coràm præsentis ac distributi corporis & sanguinis Christi sumtionem præsentiaë illius & efficacיא assiduæ & perpetuæ testimonium ac pignus esse. Atq; hæc est hoc tempore omnium subtilissima & astutissima veritatis deprauatio in hac de coena disputatione, qua plurimi seducuntur ac dementantur. Non multum

C O E N A D O M I N I .

multum dissimilia sunt & sequen-
tia verba atq; opinio Sacramenta-
ria. Quod panis nominetur cor-
pus Christi propter officium & vs-
um illius, ad quem in institutione
coenæ destinatur, Hunc scilicet,
quod Sacramentum seu testimo-
nium esse debet nostræ cum Chris-
to communionis seu consociatio-
nis, de quo nihil prorsus sciremus,
nisi sua voce Christus vsum hunc
ordinasset, addita hac promissio-
ne ac testificatione, Tam verè ac
certò se corpore ac sanguine suo in
vitam nos æternam pascere & ale-
re velle, quam verè nos panem &
vinum in coena hac vescendum &
bibendum accipimus. Quæ Sacra-
mentariorum sententia in confes-
sione Theologorum Heidelber-
gēsiū, seu Apologia Catechesis il-
lorum, cui lingua nostra vernacula
nomen

ERRORES DE

nomen est, Gründlicher bericht &c. aliquoties prolixè recitatur & defenditur.

IX.

Nonus error est. Quod omnes Sacramentarij, veteres ac recentes, opinionem hanc erroneam mordicus retinent ac propugnant, non posse dextrè vel intelligi vel enarrari verba institutionis Christi, nisi tropus aut figura aliqua in verbis Christi ponatur, Ac proinde ea tantùm iuxta naturã & analogiã Sacramentorũ veteris & novi Testamenti enarrentur, seposita & exclusa prorsus natiua, perspicua & indubitata sententia, quam verba ipsa propriè & κατὰ τὸ ἑστὸν intellecta gignunt, Quamq̃ solam Christus, qui veritas & vita ipsa est, Sacramentum hoc instituens intelligi voluit.

Ac eò

C O E N A D O M I N I .

Ac eò iam audaciæ opinio hæc
erronea processit, vt Exegetis præ
nominata propalam adfirmet,
Non verba, sed mentem & consi-
lium Christi instituentis cogitan-
da & attendenda , Ac proinde
phrasin Sacramentalem iuxta mē-
tem auctoris intelligendam & enar-
randam esse. Additur & hoc, enar-
rare aut intelligere verba κατὰ τὸ ῥη-
τὸν, hoc est, in ea significatione, quã
verba propriè & sine tropo intel-
lecta gignunt, ἀρτολατρίαν esse, imò
Idololatriam & prophanationem,
quavis pontificia abominatione
deteriorem &c. Id verò ita impu-
denter adfirmatur, quasi iam eui-
cissent ac demonstrassent Sacra-
mentarij, Possent mentem, consilium
& voluntatem Christi Saluatoris,
ac decretum illud mirandum ad
quod proferendum ac pate-
faciens

G

faciens

ERRORES DE

faciendum ab æterno patre missus est, aliunde vel sciri vel peti rectius, quam ex veracibus & infallibilibus ipsius verbis, aut certe ex testimonijs Prophetis & Apostolicis, Quæ sic nobis tradita & proposita sunt, vt de his perspicuè Spiritus sanctus adfirmet, potentiam ea Dei esse ad salutem omni credenti. Deniq; si penitus opinio hæc fanatica introspectatur, perinde est, Ac si dicant, aliud os veritatis loqui ac sonare, aliud cor ac mentem eius intelligi velle.

X.

Decimus error est, Quod omnes de hoc vno dimicant pertinacissimè, Non posse corpus & sanguinem Christi aliter, nisi sola vera & viuifica fide spiritualiter accipi, manducari & bibi. Ac proinde in cœna hac non aliam nisi spiritualem,

C O E N A D O M I N I.

lem, congruentem viuæ & viuificæ fidei manducationem, statuen-
dam ac intelligendam esse.

X I.

Vndecimus error vel verius
deceptio ac fraus est, Quod vide-
ri volunt omnes, nequaquam se
ponere in cœna nuda tantum &
vacua Symbola, nec excludere ex
cœna sua Christum, Ac certo se
statuere, distribui & accipi in cœ-
na non solum beneficia aut merita
Christi, sed verè in ea manducari
& bibi ipsam etiam carnem & ip-
sum sanguinem Christi (hisce enim
nostris verbis vti ipsi quoq; so-
lent) & tamen interea acerrimè ac
pertinacissimè contendunt: Tàm
procul à pane & vino cœnæ abes-
se verum & substantiale corpus &
sanguinem Christi, quàm procul
sumum cœlum à terra abest ac di-
stat.

G 2

Duodes

ERRORES DE
XII.

Duodecimus error est. Quod communicatio corporis & sanguinis Christi, de qua Paulus loquitur, intelligenda sit de sola spirituali consociatione cum Christo, & cum corpore Christi Mystico, hoc est, cum Ecclesia, quæ & ipsa corpus Christi appellatur, Quodq; nullo modo credendum aut statuendum sit, loqui Paulum de publica distributione & participatione corporis & sanguinis Christi. Qua (vt Paulus ipsemet, & eo loco, & sequenti capite perspicuè enarrat, ostendens se de publico ritu distributionis verba sua intelligi velle) dato & accepto iuxta Christi institutionem pane & vino, simul datur & sumitur verum corpus & verus sanguis Christi.

XIII.

Decis

C O E N A D O M I N I .

Decimus tertius error est, Quod contendunt vsurpatione harum vocum, In pane, cum pane, aut sub pane & vino datur & sumitur corpus & sanguis Christi, asseri & statui, & verba & sententiam planè dissentientem à verbis Christi, dicentis, Accipite, comedite, hoc est corpus meum, &c. Ac proinde discedi à τὸ ἐν τῷ, de cuius defensione ac propugnatione tantopere Ecclesiæ nostræ glorientur, Confirmari denique ac stabiliri Idololatriam, quavis Papistica abominacione tetriorem. Nam in hanc sententiam Apologia Heidelbergensis & Exegetis impia, virulentis verborum conuicijs atrociter has Ecclesias criminantur ac deformant.

XIIII.

Decimus quartus error est,
G 3 Quod

ERRORES DE

Quod DOMINVS noster Iesus
Christus corpus & sanguinem su-
um in coena non solum non distri-
buere, dare aut promittere vescen-
tibus voluerit, sed ne quidem eti-
amsi voluisset promittere potue-
rit. Idq̄ ob hanc causam, Quod
amplius quid promittere nec po-
tuerit nec voluerit, quam veritas
& proprietates assumptæ naturæ no-
stræ patiatur ac concedat, Quod
asseuerantes Sacramentarij perin-
de faciunt, ac si apertè hunc in mo-
dum blasphement, omnipotentiam
& infinitatem sapientiæ Dei
aliud nihil nec efficere nec præsta-
re posse, Nec progredi vltius,
quam vel oculi ac sensus corporis,
vel ratio deniq̄ humana qualicun-
que luce sua cernere, iudicare ac
comprehendere valeat. Blasphemi-
am hanc docet propalam ac pro-
pugnat

C O E N A D O M I N I .

pugnat magna pertinacia & vehementia Beza, & alij illius in hac causa confortes.

X V .

Decimus quintus error est, Quod verba Christi plus nec dicant nec promittant, Quàm quod corpore & sanguine suo Christus nos pascere ac potare velit. Sed ex eo minimè sequi, verum & substantiale corpus & sanguinem Christi verè & substantialiter adesse, & dato & accepto pane & vino dari & accipi à vescentibus. Docet & hoc fanaticum somnium Beza, Sacramentariæ sectæ hoc tempore antesignanus.

X V I .

Decimus sextus error est, Quod clamitant pugnare præsentiam veri corporis & veri sanguinis Christi, quam asserimus & defen-

ERRORES DE

dimus cum tota scriptura, & cum articulis fidei, ac nominatim cum articulo de veritate naturæ humanæ, assumptæ à Christo in similitudine nostri, solo peccato excepto. Cum articulo item de ascensione ad cœlos, & exaltatione corporis Christi ad dexterā Patris. Quod asseuerantes Sacramentarij perinde faciunt, ac si contendant, aut se demonstraſſe opinentur, Poſſe fieri vt ſecum ipſa pugnet ac contradictoria aſſerat ac doceat vox diuina, Aut quaſi ſequatur cōſequentia irrefragabili & irrefutabili, pugnaire inter ſeſe, ac contradictoria eſſe in verbo Dei & in ipſa diuina mente, cuius & potentia & ſapientia infinita eſt, Et denique Deo eſſe impoſſibilia, quæ noſtris oculis, ſenſibus ac rationi videntur eſſe vel impoſſibilia, vel inter ſe pugnan-

COENA DOMINI.

gnantia. Aut quasi nuda asseueratione Sacramentariorū mox probatum ac demonstratum sit, hunc illorum παραλογισμὸν vim habere demonstrationis indubitatae, Christus corpore suo ascendit in coelū, Christi corpus est in caelo, Ergo corpus Christi non est in coena, nec dato & accepto pane in coena accipitur à vescentibus. Nam cum vtrunq; vox diuina perspicuè & disertè adfirmet, Lutherus sanctae memoriae hoc vnum à Sacramentarijs postulauit, vt probarent hanc vocis diuinæ asseuerationem, verbo Dei & menti diuinæ, hoc est, infinitæ potentiae & sapientiae Dei, repugnare ac contradictoriam esse. Atq; id ipsum in hunc vsque diem κρινόμενον est totius causæ ac cōtrouersiae Sacramentariae, vt probent scilicet ac demonstrent in-

G 5 uictis

ERRORES DE

uictis rationibus. Quomodo hæc de Christi corpore asseueratio verbo Dei contradictoria, ac planè, vt ipsi contendunt, impossibilis sit.

XVII.

Decimus septimus error est, Quod omnes Sacramentarij de ascensione Christi ad cœlos, & de sessione seu exaltatione eius ad dexteram Patris, planè pueriliter ac fanaticè extra & præter verbū Dei fingunt ac contendunt, Ita Christi corpus cœlo capi, hoc est, includi ac detineri certo aliquo loco, Ac si de hirundine aut ciconia quis dicat, eam suo nido localiter inclusam sedere, capi ac detineri, Aut de stellis quis contendat, eas certo cœli loco affixas esse, Quodque ad confirmationem puerilis huius figmenti, multa illustria dicta & consolationis plena, horribiliter

C O E N A D O M I N I.

liter ab illis torquentur ac deprauantur, vt hoc illorum figmentū inde extorqueant, aut saltem id quomodocunque pingant ac coloribus ornent.

XVIII.

Decimus octauus error est, Quod omnes contendunt, manducationem Sacramentalem, qua ore etiam nostro corpore Christi vescimur, plane esse inutilem, imò Capernaïticam ac cyclopicam κρεσσοφαγίαμ, hoc est, carnis lanienam esse. Sicuti horribili boatu & blasphemia omnes illius sectę autores, duces, focij ac complices, inde vsq; ab initio motę huius controuersię, sed maxime Magister illorum modernus Theodorus Beza, diuinū sibi ingenij & scientiæ in hac causa acumen gloriosè arrogans, omnes Ecclesias nostras criminati sunt, & in hunc

ERRORES DE
in hunc usque diem in scriptis ipsorum omnibus criminantur.

XIX.

Decimus nonus error est, Quod unionem Sacramentalem hanc vanam & solam esse contendunt, Qua externa signa seu symbola, primum propter ordinationem et institutionem Dei, deinde & propter similitudinem cum re signata seu ipsa veritate, item propter ob- signationem gratiae Dei in vero et pio usu Sacramenti, & denique propter participationem veram, qua verè Christiani ac credentes in vero & pio usu Sacramenti verè etiam virtute & efficacia Spiritus sancti, res ipsas signatas, seu promissam veritatem, verè ac re ipsa percipiunt, Hoc ipsum sunt, seu esse dicuntur, quod iuxta naturam Sacramentorum nominantur. Alij aperti-

C O E N A D O M I N I.

apertiores ac minus astuti, vnionem Sacramentalem simpliciter esse dicunt Transnominationem, seu similitudinem inter signum & rem signatam, Qua scilicet fiat, vt signum seu symbolum externum rei signatæ nomen accipiat. Quia signum in oculos incurrens, bonorum spiritualium similitudo, significatio, imago, pictura & typus est. Qua sanè sententia ac declaratione vnionis Sacramentalis, doctrinæ & sententiæ perpetuæ Ecclesiarum nostrarum simpliciter contradicunt. Nam vnionem Sacramentalem hanc esse confitemur ac docemus, qua cum pane & vino inter vescentes distributo, verè etiam ac coràm distribuitur, & à vescentibus accipitur, manducatur ac bibitur, verum corpus & verus sanguis Christi, vt ita obsignatio, confirmas

ERRORES DE

firmatio & certificatio fidei nostræ fiat, non nudo aut solo pane & vino, sed his verè coram præsentibus, & distributis donis ac bonis cœlestibus, corpore scilicet & sanguine Christi.

Atq; ex hæctenus recitatis Sophismatibus partim erroneis, partim fanaticis, atq; alijs innumerabilibus, quæ breuitatis causa non commemoramus, liquidò conspici potest, Non posse Sacramentarios & Exegesin recentem ferre, vt sacra Symbola externa & terrena panis & vini, nominentur signa exhibitiva veri corporis & sanguinis Christi, Sed velle illos tantum ea haberi ac dici signa significatiua, seu signa testificatiua ac memorialia bonorum cœlestium, omniumque beneficiorum Christi. Nam his vocibus vtuntur cum quod
senti

C O E N A D O M I N I.

sentiunt astutissimè occultare
& speciosissimè pingere conan-
tur.

X X.

Postremo & vltimo adfirma-
mus Sacramentarios, imò fanatis-
cos furores, & tetras ac pernicio-
sas sacrosancti Testamenti Chri-
sti blasphemias & irrisiones esse,
Quæstiunculas illas venenatas,
quæ & præter & extra verbum
Dei, & præter omnem necessita-
tem ab hostibus veritatis Sacra-
mentarijs mouentur, & à multis
miris artibus acuuntur, & piæ ac
simplici Ecclesiarum nostrarum
confessioni opponuntur. Quales
sunt hæ sequētes, quibus Sacramē-
tarij, & occulti illorum discipuli
quærunt, i. Quando & quomodo
Christus pani vniatur ac iunga-
tur, & illi quasi includatur, vt verè
dici

E R R O R E S D E

dici possit, cum pane, in pane, sub
pane datur, & sumitur verum cor-
pus Christi. 2. Quam vel prope
adsit pani, vel quam longè ab eo
absit ac distet. 3. Quomodo sub
pane lateat & occultetur corpus.
4. Quam diu vnio illa Sacramen-
talis duret, quando incipiat &
quando finiatur. 5. Quando rur-
sum corpus Christi à pane disce-
dat. 6. An corpus Christi quod os
re accipimus, in ventrem quoq; ac
stomachum descendat, ibiq; con-
coquatur. 7. An dentibus corpus
Christi prematur, teratur ac lace-
retur. 8. Num viuum nobis cor-
pus, an potius cadauer mortuum
exhibeatur, siquidem vt species seu
symbola panis & vini distincta
sunt, ita sub pane sigillatim cor-
pus, sub vino sigillatim sanguis
Christi exhibeatur & accipiatur.
9. Ad

C O E N A D O M I N I.

9. Ad quid hæc vera substantialis
& corporalis præsentia Christi
profit, Quisue illius vsus sit, Quia
quoties de vsu illius dicendū est,
declaratio alia adferri aut ostendi
non possit, quam quæ traditur,
cum de vsu fructu ac fine præsen-
tiæ spiritualis mentes piæ erudien-
de sunt. 10. Quid in indignis & im-
pijs Christus operetur atq; effici-
at. 11. An credentium corpora
manducatione corporis Christi
modo & ratione Physica ad im-
mortalitatem & vitam æternam
alterentur atq; immutentur, Sicut
Physici docent, cibum ac potum
naturalem in corpus & naturam
hominis conuerti naturaliter. 12.
Quomodo refutaturi simus pro-
phanationes & idola Pontificia de
oblatione, circumgestatione, & ad-
oratione panis, si acceptam Eccle-
H siarum

ERRORES DE

fiarum nostrarum sententiam de
præsentia substantiali & reali cor-
poris Christi retineamus. 13. Cur
mens pia conuersa ad panem &
vinum, In quo, cum quo, & sub
quo verè ei datur corpus & san-
guis Christi, ac verè Christus ip-
se præsens est, pio cordis affectu ac
gemitu dicere nequeat, Omnipot-
tēs æterne Deus miserere mei pro-
pter hunc tuum filiū, cuius corpus
& sanguinem, ex manu ministri,
verè, realiter, ac substantialiter præ-
sentia accipio. 14. Cur ipse panis cõ-
pellari non possit hisce aut simili-
bus verbis. Domine Iesu Christe,
qui verè cum et sub hoc pane ades
substantialiter & corporaliter, mi-
serere mei &c. 15. Deniq; si omni-
no concedendum sit, talem seu cul-
tum seu venerationem & adorati-
onem Panis, reprehendi aut reijci
non

C O E N A D O M I N I .

non posse, quid impediatur, quo minus illa in animis religio, cumulatione quotidianarum Missarum, circumgestatione, processionibus, alijsq; Papistarum pompis ac gestulationibus alatur, confirmetur, augeatur, & quanto fieri studio potest altissimè ijs imprimatur, atque infigatur.

Sed omnes hos aliosq; his similes furores, opiniones & errores fanaticos, quibus cùm veteres tùm recentes Sacramentarij, firma & inuicta verba institutionis Christi oppugnant, & veram inprimis ac substantialem præsentiam corporis ac sanguinis Christi euertere, suaq; somnia ac delyria de hoc Sacramento, vetera & noua, pingere conantur, aut deinceps conabuntur, Serio statuimus & adfirmamus errores esse & furores pericu-

ERRORES DE

losos, qui vt haectenus in Ecclesijs
harum regionum Dei beneficio
constanter taxati, improbati ac re-
iecti sunt, ita deinceps etiam, vt ve-
ritas huius articuli, & necessaria ac
dulcis consolatio, quæ in instituti-
tione Testamenti dominici omni-
bus pijs mentibus proposita est, re-
tineri ac conseruari ad posterita-
tem possit, taxandos & damnan-
dos esse iudicamus. De cæteris re-
ligionis ac fidei orthodoxæ articu-
lis, qui præter rem à Sacramenta-
rijs in hoc de cœna certamine moti
& in disputationem ac dubitatio-
nem adducti sunt, quæ sit
doctrina, fides & sententia
nostra omniumque in his regio-
nibus Ecclesiarum, & doctorum
piorum, ex corpore doctrinæ in
his Ecclesijs recepto, & alijs Pa-
trum ac Præceptorum nostrorum
scriptis

C O E N A D O M I N I .

scriptis graui autoritate publicè exhibitis, editis, & approbatis, constare arbitramur. Nam ad corpus doctrinæ, quod & alibi testati sumus, ingenue prouocamus & appellamus, Cui congruere non dubitamus cōfessiones aliquot Dresdæ, de hac ipsa controuersia repetitæ, exhibitæ, & autoritate publica ac subscriptionibus rectè sentientium doctorum approbatæ. Testamur deniq; reuerenter ac sanctè nos amplecti & retinere etiam symbola vetera orthodoxæ & piæ antiquitatis, vt symbolum Apostolicum, Nicenum, Athanasianum, Ephesinum, Chalcedonense, & alia his congruentia veterum orthodoxorum conciliorum decreta, quibus articuli illi aduersus blasphemias hæreticorum grauissimè defensi & explicati sunt.

E R R O R E S D E

Oramus itaq; æternum Deum
Patrem Domini nostri Iesu Chri-
sti toto pectore, vt nos, & Ecclesi-
as harum regionū, & omnes in his
pios doctores in agnitione incorru-
ptæ veritatis, & consensu pio & v-
nanimi, Sancto suo Spiritu conser-
uet, ac clementer ita regat, ne fal-
sa aut impia doctrina decepti, aut
furores fanaticos & erroneos vel
nos probemus, vel pius noster
magistratus amplectatur, Quod-
que in agone suo ardentissimis ge-
mitibus pro tota sua Ecclesia pre-
catus est filius Dei Dominus nos-
ter Iesus Christus, id vt postremis
hisce ac periculosissimis temporibus
in nobis quoq; operetur, atq;
efficiat vt vnum in Deo omnes si-
mus, tota mente precamur. Ah
Domine Iesu Christe fili Dei viui,
qui solus & vnus es via veritas &
vita,

C O E N A D O M I N I .

vita, sanctifica & serua nos in ve-
ritate tua, sermo tuus est veritas.
Simplicitas & rectum in æternum
nos custodiant, Amen.

*Subscriperunt his articulis Torgæ,
Theologi qui illos primum
exhibuerunt.*

Henricus Salmuth D.
Paulus Crellius D. pro se & Re-
uerendo suo focero D. Docto-
re Georgio Maiore.
Casparus Eberhard D.
VVolfgangus Harder D.
Martinus Mirus D.
Adamus Rotherus D.
Georgius Langevoith D.
Daniel Greyser
Nicolaus Jagenteuffel.
Iohannes Cornicælius.
Casparus Heyderich.
Samuel lauchius.

H 4

Fran-

ERRORES DE

Franciscus Straus.

Georgius Listenius.

Petrus Glafer.

*Item Theologi postea Torgam
euocati.*

Andreas Freyhub D.

Zacharias Schilter D.

Iacobus Strasburgus M.

Laurentius Mathesius M.

Petrus Prætorius D. sic suo auto-
grapho testatur, se ab omnibus
corruptelis veræ doctrinæ de
cœna Domini ex animo ab-
horrere, quibuscunq; autori-
bus, quacunq; specie aut furo
spargantur & pingantur.

Georgius VVezelius M. testa-
tur propria manu, se ab his om-
nibus corruptelis, quæ cum ve-
ra doctrina de cœna Domini
in scriptis D. Lutheri & Phi-
lippi pugnant alienissimum.

Osvald

C O E N A D O M I N I.

Osvvaldus Gottvvald.

Iohannes Kundius.

Dauid Fleischman.

*His etiam, vt prioribus omnibus,
subscripserunt Lipsiæ.*

Caspar Cruciger D.

Henricus Moller D.

Christophorus Pezelius D.

Fridericus VVidebramus D.

Pirnae.

Iohannes Stoffelius D.

In Electoratu Saxoniae.

D. Iohannes Bugenhagen Profes-
sor & Concionator in templo
arcis VVitebergensis.

M. Bernhardus Apitius Diaco-
nus Ecclesiæ VVitebergensis.

M. Laurentius Starck eiusdem
Ecclesiæ Diaconus.

M. Andreas Sunder eiusdem Ec-
clesiæ Diaconus.

M. Simon Siderus eiusdem Eccle-
siæ Diaconus. M.

ERRORES DE

M. Matthæus Blochinger.

M. Paulus Schvvabe.

M. Ioachimus Engelhard.

M. Iohannes Prætorius.

M. VVenceslaus Sturmîus.

M. Caspar Greiffenhagen.

M. Caspar Roth.

M. Christoff Brenner.

Vrbanus Kruger.

M. Iohannes Galen.

M. Laurentius Lehman.

M. Petrus Plochius.

Gregorius Hanck.

M. Iohannes Rudolph.

M. Andreas VVanckel.

M. Georgius Colopinus.

M. Zacharias Cranach.

Andreas Bernutz.

Paulus Iacobus.

Valentinus Komme.

Bartholemeus Marcens.

In dice

C O E N A D O M I N I .

In diœcesi consistorij Lipsensis, Pastores ac Superattendentes docentes in Ecclesijs Thuringicis & Varijs .

M. Andreas Göch, Superintendens Ecclesiæ Pegauensis subscripsit.

M. Paulus Pfeffinger Pastor & Superattendens Ecclesiæ Delicensis.

Christophorus VVintzer Diaconus Grimmensis.

Ego Augustinus Ionas Pastor & Superattendens VVeissenfelsensis, approbo affirmatiuam, & damno negatiuam toto animo, & sancte promitto, me auxilio Spiritus sancti hãc reiecturum, & illam approbaturum esse.

M. Caspar Starck Pastor Heburgensis subscripsit.

Bartholemeus Reivveltus Ecclesiæ Plauensis Pastor & Superintendens subscripsit.

Ego Christophorus Crato, Pastor Olnicensis & Superattendens subscribo manu propria, & vero corde & toto

ERRORES DE

toto pectore, & testor filium Dei
me nunquam aliter credidisse, nec
per annos 34. in Ecclesia Christi alia
ter docuisse, vnd bleib bey den scrip-
tis Lutheri.

Ego M. Stephanus Roth, Pastor & Superintendens Ecclesiae Neustadiensis ad Orilam subscripsi.

Jacobus Gayrus Pastor & Superintendens Ecclesiae VVeidensis, manu propria subscripsit.

M. Abraham Streber Pastor & Superintendens Ecclesiae Cygnæ subscripsit.

M. Martinus VVilisch Pastor & Superintendens zu Eckersberg.

M. Zacharias Froschelius Pastor & Superintendens in VVeisensehe subscripsit.

M. Philippus Seidelerus Pastor & Superintendens Sangerhusanus subscripsit.

M. Blasius Nauman Pastor & Superintendens Bornæ subscripsit.

M. Iohannes Olman Ecclesiae Cygnæ ad D. Catharinam Diaconus subscripsit,
Pastores

COENA DOMINI.

Pastores commendati inspectioni Pa-
storis & Superattendentis
Lipsici.

M. Andreas Oethe Pastor Euderizen-
sis.

M. Hieronymus Winckler, zur hohen
Tichel Pastor.

Petrus Lez Pastor in Schönfeld.

Laurentius VVummer Diaconus in
Taucha.

Iohannes Kemmerer Pastor in Taucha.

Iohannes Hudt Pastor in Heida pro-
pria manu se subscripsit.

Georgius Goldner Pastor in Balsdorff

Iohannes Vittich Pastor Ecclesiae Chri-
sti in Hohen Meyden.

Stephanus Goritz Pastor Ecclesiae
Christi in Lesnick subscripsit.

VVolfgangus Ottenklenger Pastor in
Plaufig.

Pastores ac Superattendentes com-
mendati inspectioni Consi-
storij Misnensis.

D. Iacobus Lechnerus Pastor ad S.
Affram & assessor Consistorij Mis-
nensis.

ERRORES DE

nensis, vt veram doctrinam & sententiam de cœna Domini, in superiori scripto comprehensam approbat; Ita omnes errores Sacramentariorum cum verbo Dei, & perpetuo consensu Ecclesiæ pugnantes rejicit ac damnat, idq; sua subscriptione testatur.

Hieronymus Opicius Pastor & Superintendens Bischoffverder sis errores Sacramentariorum veteres & novos detestatur, & subscriptione sua improbat.

M. Bartholemeus Fridel Pastor ac Superintendens Olchazensis, blasphemias ac tetros errores Sacramentariorum cum veteres tum novos serio & ex animo execratur, ac hoc suo chirographo testatum facit.

Hos errores Sacramentariorum veteres & recentes improbat David Moller, Pastor ac Superintendens Leisnicensis

Ego M. Carolus Schopp, Pastor & Superintendens Ecclesiæ Coldicensis, omnes hos & similes errores pugnantes

C O E N A D O M I N I .

gnantes cum affirmatiua, improbo,
Ego Martinus Oberndorffer Pastor in
Compascuis, omnes errores pugnātes
cum affirmatiua sententia im-
probo & reiicio.

Ego Iohannes Gregorius Pastor
VValdheimensis, omnes hos erro-
res fanaticos & impios detestor &
execror.

M. Bartholemeus Clamorinus concio-
nator Misnensis in hac doctrina nō
acquiescit, cum sint horrendi erro-
res, sed totopectore abhorret.

Ego Vrbanus Hantschman errores pu-
gnantes cum affirmatiua sententia
damno ac detestor.

Hos blasphemos Sacramentariorum
errores, ego Caspar Kummerus se-
riò & ex animo detestor & fu-
gio.

Ego Fridericus Pensoldus Illustris Iudi
Misenæ Rector, hac mea manu tes-
stor, me hanc de cœna Domini ne-
gatiuā, quæ τὴν διανοίαν verbis Chris-
tiaf-

ERRORES DE

sti affingit toto corde auersari.

Ego Petrus Thomæus Illustris Iudi
Professor Misenæ, profiteor sub-
scriptione manus meæ propriæ, me
fideliter & constanter retinere ve-
ram & incorruptam doctrinam Ec-
clesiarum nostrarum de cœna Do-
mini, & ex animo detestari & exes-
crari omnia *παράδοξα* dogmata cum
verbo Dei, & vero consensu Eccles-
siæ pugnantia, Inprimis verò corrup-
ptelas ac falsas opiniones de cœna
Domini veterum & nouorum Sa-
cramentariorum, quibus pias mens-
tes perturbare & seducere conan-
tur.

Hos tetros & blasphemos Sacramenta-
riorum errores improbat, & calcu-
lo suo damnat Daniel Menius scho-
læ Illustris ad Albim Professor.

Wolfgangus Figulus, voces blasphem-
as contra veram de cœna Domini
ca doctrinam detestatur, manu pro-
pria subscripsit.

Ego M. Ioachimus Francus vrbis Mis-
senæ Ludirector, hanc diuersam ac
alienam

C O E N A D O M I N I .

alienam à veritate verborum Chris-
sti sententiam toto pectore auersor,
ac detestatione omnium, ὡς ἀξιέλε-
γκτον, dignam iudico, semperq; ius-
dicabo.

Hos horrendos errores ego Georgius
Theodoricus Scholæ Senatoriæ
Misnensis collega, ex animo detes-
tor & improbo.

Execror doctrinam eorum, qui negant
Iesu Christi corpus verè adesse in
coena Dominica, Simon Mirisch
Mysenus.

Ego Christophorus Molitor Diacenus
in VValdheim, hos errores pecto-
re & voce detestor.

ARTICVLIBRE-
VES DE COENA DO-

*mini consignati, ut his qui stipendijs ac
beneficijs Illustriss. Principis Electoris in
utraq; Academia aluntur, in examine pro-
ponerentur, & deinceps instar obligatio-
nis essent, cui singuli & omnes propria
manu subscribant.*

I

Quod

CONFESSIO D E

I.

Quod firmiter statuunt ac credant fundamentum totius huius controuersie esse, sola verba institutionis coenae Dominicae, quodque non ex alijs doctrine Christianae articulis, sed ex solis Christi verbis, quibus coena instituta est, vera praesentia corporis & sanguinis Christi asserenda atque extruenda sit.

II.

Quod verba institutionis simpliciter intelligant, sine vlla figura, seu tropo Sacramentario. Quodque serio statuunt panem & vinum coenae Dominicae non esse nuda tantum, aut inania & vacua signa corporis & sanguinis Christi absentis, & caelo inclusi, sed in vero & recto vsu coenae Domini cum his rebus visibilibus corpus & sanguis

C O E N A D O M I N I.

sanguinē Christi verè presentia esse, ibiq; à dignis & indignis verè ore corporis accipi, māducari & bibi, modo tamen imperuestigabili atq; incomprehensibili, ac minimè carnali aut Capernaitico.

III.

Quod declarationem verborum Christi à Paulo traditam, 1. Corinth. 10. his verbis: Nonne panis quem frangimus communicatio est corporis Christi? Nonne poculum cui benedicimus communicatio est sanguinis Christi? Ac proinde & definitionem cœnæ Domini, in Examine Ordinandorum à Philippo Melanthonē traditam intelligant, non solum de consociatione cum corpore Christi spirituali, sed iuxta propria Pauli & Christi verba, de communicatione ea, quæ in hoc visibili ritu

C O N F E S S I O D E

instituta est, vbi dato & accepto iuxta institutionem Domini pane & vino, verè coram præsens est, & datur atq; accipitur à vescentibus, verum corpus & verus sanguis Christi, Idq; in hunc seu finem seu effectum & vsum immediatum, vt hac exhibitione credentibus testatum fiat, Quod verè à Christo vt membra sui corporis accipiantur, quod his semetipsum & omnia sua beneficia Christus adplicet, Quodq; indigni & increduli sine poenitentia & sine fide hoc tanto mysterio abutentes, verè corporis & sanguinis Christi rei fiant, & indigne māducādo & bibendo corpus & sanguinem Christi, sibi ipsis iudicium manducant, Quia corpus & sanguinem Domini non diiudicant.

IIII.

Quod

C O E N A D O M I N I.

Quod regulam vsitatam, Nihil habet rationem Sacramenti extra vsum institutū, intelligant iuxta Lutheri & Philippi propriam declarationem, non solum aut propriè de vsu ac fructu spirituali, propter quem coena hæc à Domino instituta est, sed de instituta publica & communi distributione corporis & sanguinis Domini, quodque regula hæc proprijsime opposita sit refutandis ac refellendis abominationibus Pontificijs, de oblatione in Missa, de circumgesatione, adoratione, repositione panis, item de inclusione corporis Christi in figuram panis, & deniq; opinioni impiæ & blasphemæ, Quod Sacramenta ex opere operato gratiam & salutem æternam conferant & mereantur. Deinde quòd hæc ipsa regula minimè ad

C O N F E S S I O D E

hæc tradita aut vsurpata sit hæc-
nus, vt Sacramētariorum erroneis
delyramētis, quibus eam de solo
spirituali vsu seu fructu cœnæ in-
telligunt, patrocinetur, atq; illis &
occultandis & propagandis serui-
at.

V.

Quod vnionem Sacramenta-
talem, quam vsitate & præsentia
am Sacramentalem nominare so-
lemus, non Sacramentariorum
more de sola similitudine signi &
rei signatæ, sed iuxta Lutheri &
Philippi declarationem propriam
intelligent. Ac proinde firmiter
credant, vnionem Sacramentalem
hoc & esse & dici, Quod dato &
accepto in vsu Cœnæ dominicæ
pane & vino, verè simul ad man-
ducandum ac bibendum coràm
datur & accipitur, atq; adeo verè
adest

C O E N A D O M I N I.

adeſt ſubſtantiale corpus & ſan-
guis Chriſti.

V I.

Quod firmiter atq; indubitan-
ter ſtatuant doctrinam Sacramen-
torum, & noſtrarum Eccleſiarum
confeſſionem, contradicторiè in ſe
inuicem pugnare, atq; his præci-
puiſ notis diuerſitatis à ſe inuicem
ſeiunctas eſſe: 1. Quod Sacramen-
tarij panem & vinum contendunt
tantum ſigna, figuras ſeu typos eſ-
ſe abſentis corporis & ſanguinis
Chriſti. 2. Quod ſpiritualementan-
tum præſentiam fingunt & aſſe-
runt. 3. Quod pertinaciſſimè con-
tendunt Chriſti corpus & ſanguis-
nem tam procul à cœna in terris
adminiſtrata abeſſe, quàm procul
ſummum cœlorum cœlum à ter-
ris abeſt. 4. Quod contendunt
corpus Chriſti tantum ſpirituali-
ter fide

C O N F E S S I O D E

ter fide vera māducari. 5. Quodq̄
māducatio illa sola sit, insitio in cor
pus Christi. 6. Quod certa et expli
cata verborum Christi in institutio
ne cœnæ sentētia haberi non poss
sit, si τὸ ῥητὸν simpliciter, vt sonat, ac
sine figura retineatur, Nec nisi pro
pria verborum sententia ac signifi
catio quærat̄ur aut recipiatur.

At his deliramentis Sacramētarijs
nos in Ecclesijs nostris opponimus
has veras & perspicuas asseuerati
ones. 1. Quod panis & vinum in
recto et legitimo cœnæ vsu, verè sit
ac rectè nominetur corpus & san
guis Christi, Quod in terra hæc
coram præsentia, pane et vino cœ
næ dato & accepto, ad manducan
dum & bibendum dentur & acci
pantur. 2. Quod in cœna Domi
ni instituta sit non sola māducatio
spiritualis, sed licet illa exclusa non
sit,

C O E N A D O M I N I.

fit, præter eam tamen propriè in hoc ritu visibili & externo instituta & mandata sit manducatio corporalis, quæ fit ore corporis. 3. Quod à veritate in re tanta aberrent ij vniuersi, qui abiecta aut seposita natia & simplici verborum Domini sententia, alium his sensum nouum, figuratum ac tropicum affingunt.

VII.

Quod firmiter credant, statuant ac confiteantur, In Corpore doctrinæ rectè intellecto propriè hanc vnam, & non aliam doctrinam proponi, Atq; hanc verè esse perpetuam Lutheri & Philippi de hac parte doctrinæ sententiam, Imò omnium harum Ecclesiarum, quam tot confessionibus & repetitionibus testatam fecerunt, atq; adeo totius orthodoxæ & Catho-

C O N F E S S I O D E

licæ Ecclesiæ fidem, vocem ac confessionem, quam vnam summo studio discere ac propagare cupiant. Eamq̃ ad rem interposita propriæ manus suæ subscriptione in præsentia sese obligare, subituri certam ac non dubiam illustrissimæ Principis indignationem, & stipendiorum quibus aluntur, amissionem, si secus faciant vel omnes vel singuli, aut de quoquam aliud quid quoquo modo ac ratione probetur.

VIII.

Quod libros Sacramentarios ac Calvinianos omnes & singulos à se iam emptos, seu typis publicis editos, seu manu scriptos, vnà cum lectionibus & collectaneis seu commentarijs suorum præceptorum, bona fide apud Magnificum D. Rectorem deponere velint, sub
pœna

C O E N A D O M I N I .

pœna amittendorum stipendiorum, si secus fecerint.

I X .

Promittant bona fide, in posterum se omnes ac singulos libros Sacramentarios, ac nominatim Caluini, Bezæ, Martyris, Bullingeri, Theologorum Heidelbergensium, nec non Exegesin impiam, ac si qui alij in hac causa pro palam vel clandestinè suspecti sunt, neq; emere neq; legere, ac proinde summa cura omnes & opiniones & errores Sacramentarios vitare ac cauere velle.

*Hisce articulis Torgæ subscripserunt,
qui in utraq; Academia, Lipsensi & VVittebergensi munificentia & stipendijs
Principis Electoris Saxoniae
aluntur.*

Vt, Sti-

N O M I N A S T I.
*Vt, Stipendiarij Theologiae studiosi
in Academia VViteber-
gensi.*

M. Theophilus Glafer Dresdensis.

M. Abrahamus Scheiblich Misnensis.

M. Paulus Mathesius Ioachimicus.

Laurentius Solender VVeissenfelsens
sis Studiosus Iuris.

Nickel von Nischwitz Studiosus Iuris.

Christophorus Curio Lipsensis, Studi-
osus Iuris in Academia Lipsica.

Item.

M. Georgius Aemilius Annæbergens
sis, studiosus artis Medicæ in Aca-
demia VVitebergensi.

*Item studiosi honestarum artium
Philosophia.*

M. Martinus VVinter Torgensis.

Balthasar Pfeil Freibergensis.

Philippus Melanthon VVitebergen.

Iohannes Cæsar Nebrensis.

Ioachimus Kreich Torgensis.

Hieronimus Klein Misnensis.

Iohannes VVanckel Kembergensis.

Hieronimus Niemand Torgensis.

Georgius Botticher Freyburgensis.

Andreas

P E N D I A R I O R V M.

Andreas Goech Iessensis.
David Scotus Sangerhusanus.
Ernestus Cæsius Dresdensis.
Iacobus Rotingus Pirnensis.
Georgius Colopinus Pretzschensis.
VVolfgangus Espinus Dresdensis.
VVolfgangus Eilenberg Misnensis.
Chilianus Herman VVeinbihelensis.
Petrus Langus Schönfeldensis.
Salomo Sparnagel Pirnensis.

*Stipendiarij in Academia
Lipsensi.*

Tobias Muller Freibergensis.
Georgius Heuptvogel Schellenberg;
Carolus Götze Freibergensis.
Clemens Montag Lipsensis.
Paulus Strasburgus Freibergensis.
Petrus Hausman Mitvveidensis.
Erasmus Sparvvort Bornensis.
Iohannes Steinmetz Kirsbachensis.
Christoff Vogel Freibergensis.
Gregorius Blum Freibergensis.
Antonius Lauterbach Pirnensis.
Nicolaus Rifsbock Geitensis.
Adamus Arnold Dresdensis.
Petrus Ieger Runnenburgensis.
Georgius

N O M I N A S T I.

Georgius Nitsch Dresdensis.
VVolfgangus Cæsar Misnensis.
Christianus Clauiger Mariæbergensis.
Georgius Peuster Sangerhusanus.
Daniel Kreer Lipsensis.
Osvvaldus Brinner Pirnensis.
Christianus Meufelius Lipsensis.
Casparus Barth Oschacensis.
Nicolaus Faber Chemnicensis.
Nicolaus Beier Dennstedensis.
Philippus Nallstad Saltzensis.
Bartholemeus Vollrose VVeissenfels.
Paulus Klein Lipsensis.
Andreas Beckman Greuenheinensis.
Iohannes Andreas Greuzensis.
Martinus Richter Lipsensis.
Iohannes Linse Grimmensis.
Iacobus Herman Noffensis.
Thomas Cappert Zahnensis.
Valentinus Kirchbach Dobelensis.
Caspar Conradus Pirnensis.
Michael VVindisch Neustadiensis.
Franciscus Laufsman Curenensis.
Georgius Krause Aldenbergensis.
VVolfgangus Virtel Schnebergensis
Georgius Meise Dobelensis.

Iohannes

P E N D I A R I O R V M.

Iohannes Schonberger VVeisenseen.

Fridericus Scheffel Lipsensis.

David Koler Freibergensis.

Simon Stubenrauch Misnensis.

Iohannes Muller Eckersbergensis.

Valentinus Hantsch Misnensis.

David Saltzbrunner Cygnæus.

Iohannes Reinman Grimmensis.

Michael Oberling Schleizensis.

Bartholemeus Fuchs Pirnensis.

Gabriel Bock Rochlicensis.

Martinus Eichsfeld Etdorffensis.

Ambrosius Frost Döbelensis.

Iohannes Filckner Saltzensis.

Andreas Nidener Stolbergensis.

Casparus Rudel Chemnizensis.

Caspar Butner Pegauiensis.

Petrus Rife Annæbergensis.

Georgius Schultz Dresdensis.

Blasius Hoffman Oschazensis.

Abrahamus Herman Pegauiensis.

Bartholemeus Rolich Lommazensis.

Iohannes VVeisenberger Radeberg.

Valentinus Fabricius Oderensis.

Iacobus Fuhrman Libenverdensis.

Stipens

NOMINA STIPENDI.
*Stipendiarij Doctoris Næuij pie
memoriae.*

Iohannes Lindener Mittvveidensis.
Ernestus Næuius Chemnicensis.
Iohannes Hettich Chemnicensis.
Iohannes Goeltsch Chemnicensis.

*superioribus etiam articulis subscri-
pserunt 30. Septembris.*

Andreas Faber Diaconus in Goms-
mern.

M. Iohannes Vrsinus Ludirector Vis-
tebergensis.

M. Sebastianus VValstorpius Conres-
ctor.

Martinus Hoffemannus Cantor.
Laurentius Horn Collaborator.



Subijcientur adhuc aliquæ Epi-
stolæ Philippi completuræ vnam
vel alteram paginam.

DESACRACOE
NA DOMINI, FOR
MULA CONCORDIÆ
constitutæ Anno 36.

AVdiuimus D. Bucerum expli
cantem suam sententiam de Sa
cramento corporis & sanguinis
Christi, hoc modo:

Confitentur iuxta verba Ire
nei, constare Eucharistiam duabus
rebus, terrena & cœlesti. Itaq; sen
tiunt & docent, cum pane & vino,
verè & substantialiter adesse, ex
hiberi & sumi, corpus Christi &
sanguinem.

Et quanquam negant fieri
Transubstantiationem, nec senti
unt fieri localem inclusionem in
pane, aut durabilem aliquam con
iunctionem extra vsum Sacramen
ti, tamen concedunt Sacramentali
vnione *(Panem esse corpus Christi)* Hoc
(Corpus esse cum pane,
K *est, sen-*

FORMULA

est, sentiunt porrecto pane simul
adesse & verè exhiberi corpus
Christi.

Nam extra vsum cum asserua-
tur in pixide, aut ostenditur in
processionibus, vt fit à Papistis,
sentiunt non adesse corpus Chris-
ti.

Deinde hanc institutionem
sentiunt valere in Ecclesia, nec pen-
dere ex dignitate Ministri aut su-
mentis. Quare sicut Paulus ait, eti-
am indignos manducare, ita sen-
tiunt porrigi verè corpus & san-
guinem DOMINI, etiam indi-
gnis, Et indignos sumere, vbi ser-
uantur verba & institutio Christi:
Sed tales sumunt ad iudicium, vt
Paulus ait, quia abutuntur Sacra-
mento, cum sine pœnitentia & si-
ne fide eo vtantur: Ideo enim pro-
positum est, vt testetur illis appli-
cari

C O N C O R D I A E

cari beneficia Christi, & fieri eos membra Christi, & abluui sanguine Christi, qui agunt pœnitentiam & erigunt se fide in Christum.

Cum autem pauci conuenerimus, & opus sit vtrinq; hanc rem ad alios concionatores & superiores referre, nondum licet nobis de concordia pacisci, priusquam ad alios retulerimus.

Cum autem profiteantur omnes, se iuxta confessionem & Apologiam Principum Euangelium profitentium, in omnibus articulis sentire & docere velle, maximè cupimus sarciri & constitui concordiam. Et spes est nobis, si reliqui vtrinq; ita consenserint, solidam fututam esse concordiam.

*Subscripserunt formulæ tum
temporis.*

V Volfgangus Capito D. Pastor in

FORMULA

stor in vrbe Argenti Ecclesiae Christi.

M. Martinus Bucerus Minister Ecclesiae eiusdem.

Martinus Frechtus Ecclesiae Ulmensis in verbo Minister.

Iacobus Ottherus Licentiatus, Pastor Ecclesiae Eslingensis.

Geruasius Scholasticus Magister, Memmingensis Ecclesiae Pastor.

Iohannes Bernhardi Ecclesiae Francofordiensis Minister.

M. Bonifacius Lycosthenes Ecclesiae Augustanae in verbo Minister.

VVolfgangus Musculus Ecclesiae Augustanae in verbo Minister.

M. Martinus Germani Furfeldensis Ecclesiae Minister.

M. Matthæus Aulberus Pastor Reuthlingensis Ecclesiae.

Iohannes Schradinus Diaconus eiusdem Ecclesiae.

Martinus Lutherus D. Vitebergen.

Caspar Cruciger VVitebergensis D.

Iohannes Bugenhagenius Pomeranus D.

Philippus Melanthon.

Iustus

CONCORDIAE.

Iustus Menius Isenacensis.

Fridericus Miconius Gothensis.

EPISTOLA PASTORUM
IN VRBE AVGVSTANA
comprobantium & subscribentium
prædictam concordiae for-
mulam.

GRatiam & pacem in Christo
Iesu Domino & Seruatore no-
stro, Celeberrime D. D. quanta
humanitate & quàm comiter à
P. T. cum reliquis superioris Ger-
maniae symmystis fratres nostri in
Domino dilecti, M. Bonifacius
Lycothenes & V Volffgangus
Musculus, hinc ad conuentum Is-
nacensem à Senatu nostro, cum no-
stra conscientia missi, V Vittēber-
gæ excepti tractatiq; sint, ex eorū
ipsorum diligenti iuxtà & fidelissi-
ma narratione magno gaudio per-
cepimus, cuius etiam nomine pri-
mum Domino, deinde & P. T.
K 3 ex animo

FORMULA

ex animo gratiam habemus, faxit
Dominus vt spes ista concordiae,
quam olim animi nostri, non fru-
stra sibi conceperunt, & iam magis
atq; magis illius beneficio auctam
videmus, non in spongiam abeat,
sed re ipsa perficiatur et optato fine
absoluatur. Ad quam rem quem-
admodum primis literis polliciti
sumus, & postea ipso etiam facto
pro nostra virili praestitimus, ita
& hodie quoq; omnem nostram
operam, tenuem licet & exilem,
synceram tamen cum P. T. tum
pijs omnibus concordiae studiosis
constanter pollicemur, et pollicitis
iuuante domino fideliter stabimus.
Scriptum concordiae accepimus
probatum & subscriptum quidem
ab illis, qui apud P. T. isthic com-
paruerunt, verum & a reliquis ab-
sentibus aliarum quoq; Ecclesiarum
Pasto-

C O N C O R D I A E.

Pastoribus & Magistratibus ita
executiendum & probandum, vt
postea cōmuni consensu consumma-
mata inter nos concordia publice-
tur: Primū placuit cōsiliū pru-
dens & æquum, atq; concordiaē
stabili maximè profuturum: De-
inde articulos diligenter quidem,
sed omni reiecta curiositate iterū
atq; iterum præsensibus etiam pi-
is viris Ecclesiae nostrae præpositis
excussimus, probauimus, et præter
scrupulosam aliquam hæsitationē,
vt pios & Christianos acceptauim-
us, fratrum & symnystarum nos-
trorum subscriptionem, hac nos-
tra quisq; manu propria, ne quic-
quam in posterum de aliquo nos-
trum sinistrae suspicionis cuiusquā
vestrum animo infixum relinque-
retur, corroborare voluimus. At-
que ista non nostro duntaxat, sed

FORMULA

& præpositorum nostrorum nomine & conscientia scribimus. De animo & cognitione senatus nostri, concordiaë istius alioqui studiosissimi, peculiaribus literis P. T. edocetur.

Cum itaq; suavis: & humanis: D. D. euidentissimis istis indicijs concordiam hanc non humanitus sed reuera coelesti nutu geri videamus P. T. obsecramus in Domino, vt pro concepta vtrinq; animorum integritate & sinceritate nihil irumpere sinat, quo callidis: Satan sanctum hoc institutũ labefactare queat. Sentimus non obscure quosdam huic nostre concordiaë male propicios, quorũ indefessum turbandi studium, nõ paucos alioqui bonos viros exercere videtur. Sed horum studia partim nostra patientia, partim cõstanti

C O N C O R D I A E.

stanti & infracto recta progrediendi tenore frangemus, vel certe eludemus, orantes Dominum, vt Spiritu suo totum vbiq; nostrum Ministerium pro nominis sui gloria & Ecclesiarum profectu moderetur, & maxime P. T. Ecclesijs suis incolumem, & aduersus Satae astus & varios insultus obfirmatam custodiat. S. dicimus & alijs Dominis ac Praeceptoribus nostris Dn. Philippo, D. Pomerano, D. Iusto Ionæ, D. Caspari Crucigero, cum reliquis Ecclesiae vestre Ministris, fratribus in Domino concordissimis, Pax Christi cum omnibus vobis & Ecclesia vestra, Augustæ 23. Iulij. An. 36.

P. T. deditissimi Augustanæ Ecclesiae Pastores & Diaconi:

D. Michel VVeinmar.

M. Bonifacius VVolshart.

M. Michael Cellarius.

K 5

VVolff-

T E S T A M E N T V M

V Volfgangus Musculus.

Iohannes Henricus Held.

Leonhartus Roegellius.

M. Iohannes Forster.

Iohannes Ehinger.

M. Iacobus Dachser.

Caspar Huberinus.

Iohannes Mockhart.

T E S T A M E N T V M

D. PHILIPPI MELANTHONIS,

quod scripsit ipse anno 1540. cum mortem eo anno expectaret, eaq; sibi ipsi praedicta, paulò post morbo grauisimo Vimariae correptus, ac penè extinctus esset.

*In nomine Dei Patris & Filij &
Spiritus Sancti.*

A Pparet initio praecipue condita esse testamenta, propter hanc causam, vt patres relinquerent liberis certum testimonium suae sententiae de religione, quam volebant graui autoritate quasi ob signatam propagari ad posteros. Item vt liberos ipsos ad eandem sententiam

PHILIP. MELANTH.

sententiam retinendam & conseruandam obligarent, sicut exempla ostendunt in testamento Iacob & Dauidis. Ideo & Christus suum quoddam testamentum hoc modo condidit. Et quia testamenta continebant explicatas, certas immutabilesq; sententias de doctrina coelesti, rerum magnitudo auxit Testamentorum autoritatem. Quare & ego meorum liberorum & quorundam amicorum admonendorum causa, volui initio in Testamento & meam confessionem recitare, & liberis meis praecipere pro officio patris, vt in eadem sententia constanter maneant.

Primum autem ago gratias Deo patri Domini nostri Iesu Christi pro nobis crucifixi, conditori omnium rerum, quod me vocauit ad poenitentiam, & ad Euangelij

T E S T A M E N T V M

geliꝝ agnitionē, ac oro vt propter
Filiū suū, quem pro nobis vo-
luit esse victimam, mihi condonet
omnia peccata, me recipiat, iustifi-
cet, exaudiat, & à morte æterna li-
beret. Sicut credo verè facturum
esse, Nam ita iussit nos credere. Et
impietas est pluris facere peccata
nostra, quàm mortem Filij Dei,
Hanc antefero meis peccatis. Ro-
go autem vt hæc initia fidei in me
Deus confirmet Spiritu Sancto
suo, propter Filium mediatorem.
Excrucior equidem & meis pecca-
tis, & scandalis aliorum, sed ante-
fero mortem filij Dei, vt gratia ex-
uberet supra peccatum.

Secundò adfirmo me verè am-
plecti Symbola, Apostolicum &
Nicenū, & de tota doctrina Chris-
tiana sentire, vt scripsi in locis cō-
munibus, & Romanis, postremæ
editis

PHILIP. MELANTH.

editionis, in quibus explicatè de
singulis articulis, sine ambiguitate
conatus sum dicere, quod sentio.

De coena Domini amplector
formulam concordie hic factam.
Adiūxi me igitur nostris Ecclesijs,
& has iudico profiteri Catholicæ
Ecclesiæ Christi doctrinā, & esse
verè Christi Ecclesias. Ac præci-
pio meis liberis, vt in nostris Eccle-
sijs maneat, ac fugiant Papista-
rum Ecclesias & coniunctionem.
Nam Papistæ in multis articulis
profitentur corruptissimā doctri-
nam, prorsus ignorant doctrinam
de iusticia fidei, & de remissione
peccatorum, Nihil tradunt de dis-
crimine Legis & Euangelij, De in-
uocatione Dei habēt Ethnicas aut
Pharisaicas opiniones: Ad hos er-
rores addunt & alios multos &
manifestam εἰδωλολατρείαν in Missis
suis

TESTAMENTVM

fuis & cultu mortuorum hominū.
Peto igitur à meis liberis, vt mihi
propter mandatum Dei in hac re
obtemperent, nec se adiungant
Papistis.

Et quoniam video impendere
ad posteros nouas conturbationes
dogmatum, & Ecclesiæ, ac fortas-
sis existent spiritus fanatici ac leues,
qui labefactabunt articulos de Fi-
lio Dei, & de Spiritu Sancto, vo-
lo præmonitos meos, vt constan-
ter retineant sententiam, quam pro-
fiteor in locis cum Catholica Chri-
sti Ecclesia, vbi damno Samofate-
num, & Seruetum, & alios, dissen-
tientes à symbolis receptis.

Erunt etiam fortassis nouæ do-
gmatum conciliationes Sophisti-
cæ post hanc ætatem, vbi restitu-
entur veteres errores nonnihil fus-
cati, & hæ conciliationes corrup-
pent

PHILIP. MELANTH.

pent doctrinæ puritatem, quæ nūc traditur. De his quoque præmoneo meos, ne sophisticas conciliationes approbent.

Sed hic eruditi hortandi sunt, ut aduigilent, nec specie pacis & publicæ tranquillitatis recipiant dogmatum confusionem, qualis in Syrmienti Synodo facta fuit. Verè hoc possum adfirmare, me conatum esse, ut verè & propriè explicarem nostrarum Ecclesiarū doctrinam, ut iuuentus rectius intelligere nostras sententias posset, & ad posteritatem conseruare. Hæc forma si prodest, ut iudico, rogo Casparum Crucigerum, & alios qui nos audierunt, ut eam in Scholis conseruent.

Scio quosdam aliquando suspicatos esse, me quædam moliri in gratiam aduersariorum, sed
Deum

TESTAMENTVM

Deum testem facio me aduersarijs
non patrocinari voluisse, sed quæ
siuisse proprietatem in explicando,
vt iuuentus has res rectius perciperet,
sine ambiguitatibus, & quā difficile
mihi fuerit hunc ordinem &
methodum in explicando reperire,
multi norunt, qui sciunt me formam
in explicando sæpè mutasse.
Et constat Augustinianā formam
non satis explicatam esse. Ideo adfirmo,
me bono studio hanc methodum
instituisse, quæ extat in Romanis,
& quidem cupio post me relinquere
sententias certas, sine ambiguitate:
quia ambiguitas postea parit nouas
discordias. Nec meum cōsiliū fuit
vllam nouam opinionem serere, sed
perspicue & proprie exponere doctrinam
Catholicam, quæ traditur in nostris
Ecclesijs, quam quidem iudico sine

P H I L I P . M E L A N T H .

co singulari Dei beneficio patefactam esse his postremis temporibus per D. D. Martinum Lutherum, vt Ecclesia repurgaretur et instauraretur, quæ alioqui funditus perisset. Ergo hanc lucem quam diu possumus conseruemus. Ac precor Deum Patrem seruatoris nostri Iesu Christi, conditorem omnium rerum, vt piorum studia adiuuet, & conseruet aliquam Ecclesiam, ac præsertim benedicat nostris Ecclesijs, quæ propter Euangelium sustinuerunt certamina diuturna.

Ago autem gratias Reuerendo D. Doctore Martino Luthero, primùm quia ab ipso Euangelium didici, Deindè pro singulari erga me beneuolentia, quam quidè plurimis beneficijs declarauit, eumq; volo à meis, non secus ac patrem

L coli,

TESTAMENTVM

coli, Ego quia vidi & comperi pre-
ditum esse excellenti & Heroica
vi ingenij, & multis magnis virtu-
tibus, ac pietate & doctrina præci-
pua, semper eum magnifeci, dile-
xi, & colendum esse fensi.

Ago etiam gratias Illustrissimo
Principi Duci Saxoniae Electori,
Domino Iohanni Friderico, cuius
erga me fuit singularis clementia
& liberalitas. Ac oro Deum vt
seruet eum incolumem, defendat
ac gubernet, ad suam & communẽ
salutem Ecclesiae, & multarum
gentium.

Fuit mihi etiam pergrata bene-
uolentia viri clarissimi Dn. Can-
cellarij Pontani, quẽ & ipsum pro-
pter egregiam vim ingenij & vir-
tutem dilexi, eiq; pro omnibus
beneficijs gratias ago.

Ago gratias & cæteris bonis
viris

P H I L I P . M E L A N T H .

viris, qui constantiam in amicitia
nostra perpetuam præstiterunt
Georgio fratri meo, Ioachimo Ca-
merario, Domino Cancellario
Francisco, D. Ionæ, D. Pomera-
no, Crucigero, D. Augustino, D.
Milichio, Paulo Ebero, Vito, ac
precor Deum, vt eos seruet. Nec
iudico extingui has amicitias mea
morte, sed sentio nos paulò post in
coelesti vita conuenturos esse, vbi
verius frui licebit amicitia nostra,
& erit multo dulcior familiaritas.

Precor etiam omnes, vt mihi
amanter dent veniam erratorum
meorum, si qua in re quenquam
offendi, certe petulanter non vo-
lui offendere.

Etiam omnibus in Academia
Doctoribus ac collegis meis gra-
tias ago, quod me amanter multis

L 2 officijs

SCRIPTVM DE
officijs in Republica & priuatim
adiuuerunt, &c.

Haftenus Philippus.

SCRIPTVM TRIVM
DELECTORVM EX NOSTRA
parte exhibitū praesidentib. VVormatiae An. 1549.
in quo continetur sententia eorum & con-
iunctorum praedicatorum de Coena
Domini.

S. D. Illustrissime Princeps & il-
lustris Domine, Magnitudo nego-
cij in quo versamur, non potest nō
adferre moras aliquas. Ideo reue-
renter precamur, vt boni consula-
tis, quod non citius respondimus.
Nec mirum est propter abusus
multorum seculorum difficiles iā
de coena Domini deliberationes
esse. Sperabamus autem reueren-
dis & doctissimis viris delectis ad
colloquium satisfacturam esse con-
fessionem doctrine nostrae de coe-
na

C O E N A D O M I N I .

na Domini nuper exhibitam, quæ ad communem concordiam certè profutura erat. Nam perspicuè testati sumus nos amplecti, & tueri communem consensum Catholice Ecclesiæ. Quod in cœna Domini consecrato pane & vino verè & realiter adsint & sumantur corpus & sanguis Domini. Testati sumus etiam nos improbare eos, qui negant adesse & sumi verum corpus Christi.

Abhorremus enim à prophænis iudicijs in hac causa, vt ipsa formula exhibita, & Apologia iam olim edita testantur: Nec in libro quem inuictissimus Imperat. à nobis inspici voluit, plus est, quam in nostra formula, nisi quod in margine libri quædam verba vt apparet ab alio authore adiecta sunt.

L 3

Mira

SCRIPTVM D'E

Miramur igitur reuerendos
Dominos delectos, non fuisse con-
tentos nostra simplici & perspicua
confessione, quæ certè ad concor-
diam profutura erat. Retinet enim
id, quod doceri necessarium est,
sed delecti addiderunt alios articu-
los, quos omittere ad concordiam
utilius esset.

Primum. n. cum retineamus do-
ctrinã de præsentia corporis Chri-
sti, quid opus est querere de modo
Recentes sunt hæ disputationes de
Transubstantiatione, & sunt dis-
similes, nec intellectæ ipsis scripto-
ribus, tantum abest, vt populus in-
telligat. Loquimur igitur verbis
Pauli, & veterum Patrum, Cum
Paulus dicat, Panis quem frangi-
mus, est participatio corporis Do-
mini, nos quoq; dicimus cum pane
confe-

C O E N A D O M I N I .

cōsecrato, verè adesse & sumi cor-
pus Christi. Sic & Irenæus locutus
est, constare Eucharistiam duabus
rebus terrena & cœlesti. Nec du-
bium est, quin terrenam vocet pa-
nem, huic adiungit rem cœlestem,
videlicet corpus Christi.

Sic Cyrillus, Dominus frag-
menta panis dedit, inquiens, hoc
est corpus meum, non ait dedisse
accidentia panis, Noua est hec ima-
ginatio quæ finxit accidentia sine
subiecto, vnde natae sunt infinitæ
questiones inutiles, de muribus ro-
dentibus consecratum panem,
& similes indignæ Ecclesiæ graui-
tate: Denicq; eò processerat vani-
tas disputatrieis illius Theologiæ
in hac quæstione, vt fuerit opus e-
mendatione. Interim silentiū erat
de veris vtilitatibus tanti muneris.

L 4

Epipha-

SCRIPTVM DE

Epiphanius diligenter describens & dogmata Ecclesiæ, & deinde Sacramenta, inquit, Cibus quidem panis est, sed in eo est corpus Christi quod viuificat. Disertè inquit in eo, nondum enim orbis terrarum vocabulum Transsubstantiationis, audierat.

Cyprianus inquit, nec potest videri sanguis eius, quo redempti, et viuificati sumus esse in calice, quando vinum desit calici, quo Christi sanguis ostenditur.

Augustinus satis sibi constat, si dextrè intelligatur, Panem & corpus coniungit, quod videtur panis est, quod fides postulat instruenda panis est corpus Christi.

Et perspicuum est Gelasij Romani Pontificis testimonium, qui inquit: Certè Sacramenta quæ sumimus,

C O E N A D O M I N I,

minus corporis et sanguinis Christi, diuina res sunt, propter quod & per eadem diuinæ efficiamur cōfortes naturæ, & tamen non desinit esse substantia vel natura panis & vini.

Sic & Nicena Synodus loquitur: Nō attendamus ad panem et poculum in diuina mensa propositum, sed attollentes mentem fide cogitemus, iacere in ea mensa agnū Dei. Coniungit igitur panem & corpus Christi. Nec ignoramus recentiores scriptores postea philosophatos esse de abiectiōe substantiæ panis, & maxima turba est recentium scriptorum.

Sed nos cum Paulo & vetusta Ecclesia loquimur, & hæc sententia præcidit quasdam periculosas quæstiones.

L 5

Audi

SCRIPTVM DE

Audimus autem D. D. Ecclesiam
um nuper post exhibitam formulam,
coram vobis contumeliosè in nos
inuectum esse, & crimen nobis
obiecisse falsi, quod fraude corrupta,
aut suppositicia testimonia
citemus. His calumnijs fidem nostris
testimonijs detrahere conatur.
Sed erit iudicium sanorum,
prudentium & eruditorum omnium,
toto orbe terrarum de vtraque
re, vtri plus fidei & iudicij in citando
adhibeant. Non venimus rudes
ad hanc causam, sed peruestigata
est nobis tota antiquitas, & quasi
cum ipsa Ecclesia deliberantes,
inquisiuimus omnium veterum
sententias, vt nostris Ecclesijs firmam
& salutarem doctrinam traderemus,
& acquiescimus in ea sententia,
quam exhibuimus, quam &
piam

C O E N A D O M I N I .

piam & ad sedandas discordias vtilem esse iudicamus. Sed si D. Eccius volet excitari maiora certamina, videat ne inflamment & augeant dissidia.

Hæc commemorauimus, vt cum constet nos retinere veram præsentiam, ne cogamur recipere ea, quæ addidit recentior ætas de abiectiõne naturæ panis.

Adiecti sunt articuli de reponendo Sacramento, & de repositæ partis adoratione, qui, vbi est vsus integri Sacramenti, seu vtriusque speciei, locum non habent. Nam vinum repositum statim corrumpetur. Nec nos vsum vnius partis aut abusus inde ortos confirmare nostra approbatione possumus. Sicut in multis Ecclesijs nec quondam reponebatur, id quod supererat

SCRIPTVM DE
erat post communionem, vt docet cap. trib: de consecratione.

Ideo articulos à delectis oblatos non recipimus, & reuerenter oramus, vt hanc nostram responsionē Celsitudines vestræ boni confusant, nosq; ad reliquam collationem offerimus, &c.

VVormatiae.

Ex autographo D. Praeceptoris Philippi.

Hoc scriptum primum Granuelus non voluit accipere, postea à prandio oblatum à Cancellario Saxonico & Alexandro von der Than accepit, & rursus delecti hora tertia conuenerunt.

**OPTIMO VIRO M.
BALTHASARI DVRINGO
Concionatori Coburgensi
amico suo.**

S. D. In causa synaxeos me ipsum diu offendit consecratio (vt vocant) Oecolampadius vehementer vrget qui fieri

C O E N A D O M I N I .

fieri possit vt vocetur de cœlo Christus, fiat ne hoc meritis an precibus Sacerdotis seu populi, An vt quidam dixerunt, virtute verborum, Tandem veni in hęc sententiam, nec precibus nec meritis sacerdotum, seu populi tribuendum esse, quod Christus dat suã carnem & sanguinem nobis, nec virtuti verborum (id enim vt sonat Magicum est) Hoc magis placet, causam in institutionem conferri, Vt enim Sol quotidie oritur, propter ordinationem diuinam, Sic Christi corpus propter ordinationem diuinam in Ecclesia est, vbicumq; Ecclesia est, Et quod quidam disputant corpus Christi non posse multis in locis esse, id non satis probant, Christus enim exaltatus est supra omnes creaturas & adest vbicq; inquit enim, in medio vestrum sum. Hęc annotaui, vt tibi fortasse anxie cogitanti de hac controuersia significarem, quid ipse de his argumentis sentiam, quibus maxime nituntur quidam, Vale.

Philip. Melanth.

ALIA

ALIA EPISTOLA
PHILIPPI DE ELEVATIONE,
scripta ad amicum quendam,

Anno 1554.

S. D. Venerande vir & amice charissime, scis scriptum esse, Fundamentū aliud ponere nemo potest, præter id quod positum est, quod est Iesus Christus. Hanc primam fundamenti doctrinam, scis initio proponendam esse, & assidue repetendam, quæ quidem tantam sapientiam complectitur, ut in hac vita tantum exordia disci possint. Postea in æternitate consideratio erit illustrior, interea nostram caliginem agnoscamus & deploremus, nec dubito te in fundamenti declaratione assiduum esse. Quales autem ritus sint Ecclesiarum vestrarum, non satis scio, sed si cōgruunt cum Misnicis aut Marchicis, si quid mutaturus esses deliberare te optarim, cum ijs quibus inspectio vestrarum Ecclesiarum commendata est, præsertim cū recens istuc veneris. Multorū in nos oculi intenti sunt, & multi patulas aures habēt quæ auide calumnias accipiunt: Ego
mihi

DE ELEVATIONE.

mihinihil sumo iuris in aliena gubernatione, seis me alioqui fatis oneratum esse, Sed postquam fecisti, in illo ritu levandi Sacramenti, mutationem, rectius erit te non restituere morem abolitum.

Lutherus hic suo iudicio abolevit, nec retulit rem ad deliberationem communem. Postea verò cum audiret reprehendi se à vicinis, & spargi varias calumnias, dixit se duabus causis motum esse. Prior erat, quia cum opinionem de oblatione Papistica necessario damnaret, ritum etiam se tollere dicebat, qui stabiliret oblationem, Magnam & arcanam esse oblationem filij Dei, quæ ab ipso solo facta esset, ingrediente in Sanctum sanctorum, & cernente ac sustinente ingentem iram æterni patris. Hæc oblatio nō fit per alios. Græci duos Canones liturgiæ habent, in quibus cum alia sunt dissimilia, tum hoc quoque, quod alter non loquitur de oblatione, alter quasi correctionem addit οὐ εἰς ὁ προσφέρων καὶ ὁ προσφερόμενος.

Altera Lutheri ratio erat, quod nolebat

DE ELEVATIONE.


lebat confirmare circumgestationem in qua fit adoratio extra usum Sacramenti. Certissimum est autem, ritus extra usum institutum non habere rationem Sacramenti.


De his rationibus potes cogitare, sed te valde oro, ne sinas hanc rem in certamen deduci, sed potius discedas, Sin autem te tolerabunt omissa mentione huius ritus, doceto populum de fundamento, & de vera adoratione, quarum maximarum rerum cogitatione, singuli nos ipsos assidue exerceamus.


Quod autem filius Dei orat æternum patrem, ut faciat ut vnum simus in ipso, idem nunc quoque petit, & nos ad huius summi Sacerdotis precationem, nostros gemitus & vota adiungamus. Sit etiam in nobis concordiae studium. Ego me ab Ecclesijs harum regionum, quarum extat confessio exhibita Carolo Imperatori in conuentu Augustano, Anni 1530. nec disiunxi vnquam, nec disjungam. Bene vale.

Datae VVitebergæ 18. Anno 1555.

FINIS.







King

VI 159

ULB Halle
001 586 19X

3




sb

2

VD 17





D
S



CC
PAV
COMP
ctrina

EX
apparet
& VV
ac Scho
xonixæ fu
receptu
quot ar
Qui iten
Docto
im

EXH
bata in

Ad ma
E

